xij.m'rī q̄ erāt ī hier'lm audiētes q̄ Ie/sus aduenīret exierunt obuiā ei:maxie q; audiuerāt ō suscitratōe Lazari. et sic chr̄s remānsit ī medio turbax:ita q̄ alīq̄ p̄cedebant:aliq̄ seq̄bant. Et iste turbe tres honores fecerūt chr̄o. P̄mo ei stra uerūt vestes suas ī via. Scō strauerūt virides ramos. Tertio magnis vocib⁹ publice eū laudabant:tenentes ramos palmax ī manib⁹:vt ōt brūs Joannes. Dr̄ ḡ(plurima āt turba strauerūt vesti mēta sua ī via. Alij aūt cedebāt rames de arboribus z sternebāt ī via. Turbe āt q̄ p̄cedebāt z q̄ seq̄bant clamabāt dicē/tes osanna filio dauid) Osanna fz ma gistrū hist̄o.z Hieronymū z Remig.ē dictio tota hebraica nō simplex fz cōpo sita ex duab⁹ dictionib⁹. Quax vna nō ē integra manens:fz p̄dit vocalē i.z ob h̄ dr̄ cōponi ex corrupto z integro. Cōpo/nit em̄ ex osi:qđ latine dr̄ salua:et anna qđ est interiectio optātis.inde osanna.i. salua obsecro. Quia em̄ illā interiectio nē nō habem⁹:loco eius ponim⁹ p̄bū h̄ fz obsecro.vt dic̄ mḡr hist̄o. Quod p̄o subdit:filio Dauid. p̄t esse q̄ li filio sit una dictio vel due:vt mḡr hist̄o.dicit. P̄mo mō sic legat. Clamabāt filio Da uid.i.ad filiū Dauid:osanna. Vel sic. Osanna filio Dauid.i.p filiū Dauid: ita q̄ li filio sit ablatiui casus: vt vult Hugo cardina. Et isto mō petitio quā ī por:rat ly osanna:dirigit ad deū. Sz se cundo mō sic. Clamabāt: o fili Dauid osanna. Est aūt notādū q̄ vt elicitur Matt.xij.q; iudei expectabāt Messiā chr̄m ex genere Dauid:apō eos vs⁹ sic inualuerat:vt chr̄m appellarēt filiū da uid. Vñ dicere Osanna fili Dauid.est dicere:salua chr̄e. Et in h̄ fm Hierony mū significabāt q̄ aduent⁹ chr̄i sal⁹ sit mdi(Bñdict⁹).i. gl'iosus sit. (q̄ venit) id ē q̄ icarnat⁹ ē.(in noīe).i. ad honorē. (dñi).i.dei patr̄:quē glorificauit. Sic aūt elicit a scō Tho. Ro.xij. bñdicere triplicit sumit.i.enūciatiue:z est idē qđ laudare.z impatiue:z ē idem qđ p̄ferre aliq̄ bonū.z optatiue:z est optare bo/nū. Et p̄mū ac tertiū cōuenit oib⁹ z re/spectu oīm etiā dei quē laudam⁹ et cui optam⁹ bonū:puta q̄ glorificet ī mōo: et cui cōgaudem⁹ in bonis que habet. Sz scōm quenit deo soli p autoritatez. ministrz aūt ei⁹ p misteriū. Jsti igit benedicebant chr̄isto p̄mo z tertio modo.

Allegorice aūt sciendū est:q̄ post q̄ chr̄s ascēdit p fidē asinam z pullū:illi q̄ erāt ī societate chr̄i ceperūt sternere ve stes ī via:fm Hiero.pedib⁹ asine ne ali cubi offendat ī lapidē:ne calcet spinam nec labat in foueā. Hec ille. Per qđ si/gnificat q̄ de⁹ alit hz puidentiā de bo/nis:z aliter ō malis. Vide sctm Tho. de veri.q.v.ar.viij. Tūc etiā cepit pu/blice laudari de⁹ in chr̄o.qz añ gentiuz quersionē notus ī iudea de⁹.vt ōt Ps. sed post repleta est terra scientia dñi sic aque maris opient. Esa.xj. Et fm Re migiū.vestimēta ī via.i.sua corpa stra/uerūt martyres. Et ramos p̄scindūt ō arboribus qui exempla accipiūt a doctri/na z vita sanctor:fm eundem.

Anagogice aūt sciēdū ē:q̄ hic signifi cat societas quā faciūt boni angeli aie trāseunti ab Jericho ī hier'lm.z letitia sctōr in salute elector. Tota ei ciuitas celestis mouet in iubilatiōe magna.

Moraliter aūt sciēdū ē q̄ post q̄ aīa fuerit a pctō soluta z ornata virtutib⁹ z in sua volūtate ceperit esse chr̄s:tūc to/ta ciuitas hierusalē letat spirituali leti cia.id est tota aīa iocundat. Dulce est em̄ seruire deo. Unde Hiere.ij. Scito z vide q̄ malū ē tibi z amarū reliquisse te dñm. Augu.de sen.pspe. Arta ē via que ducit ad vitā:z tñ p ipsam nisi dila tato corde nō currit:qz iter virtutū quo paupes chr̄i gradiunt:amplū ē fideliuz spei:z si artū infideliū vanitati. Hec ille. Vñ Matth.xj. Jugū meum suaue est z onus meum leue.

Textus euāgelij Luce xxi.

Orabunt signa in sole et luna z stellis:z in ter ris p̄ssura gentium p̄e cōfusiōe sonit⁹ marz z fluctuū: arescētib⁹ hoib⁹ p timore z expe ctatiōe q̄ supuenient vniuerso or bi. Nā virtutes celox mouebunt

Dominica.ii.aduentus

Et tūc vidēbūt filiū hois veniētē in nube cū ptāte magna ⁊ maiestate. His aūt fieri incipiētibus respicite et leuate capita vra: qm appropinqt redēptio vestra. Et dixit illis sītitudinē. Videte ficulneā ⁊ oēs arbores cū pducūt iā ex se fructū: scitis qm ppe ē estas. Ita ⁊ vos cū videritis hec fieri: scitote qm ppe ē regnū dei. Amē dico vobis: qa non pteribit gnātio hec donec oia fiant. Celū ⁊ tra transibūt: ꝓba aūt mea non transibunt.

Dñica scōa in aduētu dñi.

AVBUNT signa in sole. Lu. xxi. Dns ac redēptor noster paratos nos inuenire desiderans: senescentē mundū q̄ mala sequanf denūciat: vt nos ab eius amore cōpescat. Appropinquāte ei⁹ termino q̄re psecutōes ꝓuenīāt inoresc̄it. vt si deū meruere in tranq̄llitate nolumus: vicinū ei⁹ iudiciū: vl̄ pcussiōib⁹ attriti timeam⁹. hec Greg. i hom. Ūñ in pñti euāg. qō totū est de iudicio gnāli: tria facit chr̄s. Prio em̄ pdicit q̄dā terribilia. Scōo reddit cām taliū. Tertio cōsolaf corda electoꝝ. Quātū ad ꝑmū sciēdū est ꝙ pñs euāgeliū nō ꝓt exponi allegorice: qz oia q̄ in eo tradūf l̄raliter ptinēt ad credēda i noua lege. Quāuls aūt aliqñ ea q̄ tradūf l̄raliť ptinēta ad sensuz allegoricū possint exponi anagogice: tñ nō est sp̄ h̄ nece nec aliqñ possibile. vt vī esse in ꝓposito. Ll̄aliter g̃ ⁊ moraliter: vel l̄raliter tm̄ exponam⁹ pñs euāgelīū. Dr̄g̃ (Erūt sig̃) Ubi aduertēdū est: ꝙ sig̃ pcedēt futuꝝ iudiciū. Prio ſm Chrys. vt oñdaf tūc dñs ꝓpf quē facta sf corporea intīre. s. hō vel gen⁹ humanū. Scōo ſm Greg. qz iuste nos oia feriūr. vt q̄r ꝑus in mūdo habuim⁹ gaudia: tot postmodū sentiam⁹ tormenta. Hec ille. Tertio vt oñdaf ds offensus sic offenso dño turbaf familia. Et q̄rto ſm doctrinā. s. Tho. liij. di. xlviij. aduētū dñi ad iudiciū aliq̄ sig̃ pcedēt. qz hoc facit ad auctez quā tatus iudex hie dz: vt ꝙ talia indicia disponāt hoies ad se et subiectēdū. Ūñ ⁊ ꝓpf h̄ in forma gl̄osa iudicabit. Nec tñ ꝛ h̄ est illud apl̄i. j. Thes. v. Cū dixerit pax ⁊ securitas: tūc repētin⁹ veniet interit⁹. Verbū ei apl̄i ſm Aug. ad eſichi. itelligit de psecutoribꝰ sctoꝝ: nā tūc boni arescēt p timoꝛe: vt dz h̄. Vel pōt dici ꝙ post mortē anti chr̄i ⁊ añ iuditiū signoꝝ ipm̄ ñ vidētes cōsumari mūdū: vt timebāt ⁊ credebāt dicent: pax est ⁊ securitas. ⁊ tūc stati incipiēt signa terrere. Et qz totū tps qō sequit inditiū sig̃ꝝ dz dies iudicij ꝓtinere. iō dz interit⁹ repēte venire: qz illa signa repēte veniēt. Et isto etiā modo itelligit ꝙ veniet illa dies vt fur. s. q̄ ad inditiū sig̃ꝝ: ⁊ etiā q̄tū ad ipam diē quā illa signa non manifestabūt determinate. Hec oia. s. Tho. qbꝰ addit ſm Joa. doq̄ in ꝑmo aduētu chr̄s venit occult⁹: q̄uis tps eēt ꝙ scpturā determinatū: sed in scōo veniet manifest⁹ ⁊ tps erit icertū. iō ꝑmū aduentū nō ꝓcesserūt sig̃ sic ꝓcedent scōm. Que aūt sint ista sig̃ / nō est certū ſm s. Tho. Brūs q̄dē Hieroñ. dz se in annalib⁹ hebreoꝝ. vt etiā testat mgr̄ hist. reppisse. xv. signa q̄ dieb⁹ xv. precedēt iudiciū. Utꝝ ꝓo illi dies erūt cōtinui vel inꝑpolati nō est certū. Prīa die eriget se mare cubitz. xl. sup altitudinē montiū: stans tñ in loco suo q̄si murus. Scōa ꝓo tantū descēdet vt vix possit videri. Tertia aūt oēs marine belue sup aquā maris apparētes dabūt mugit⁹ vsq̄ ad celū. Quarta ardebit mare ⁊ omēs aque. Quinta herbe ⁊ arbores dabunt roꝛē sanguineū. Sexta ruient oia edificia. Septima petre ad invicē collidenf. Octaua fiet gnālis fremor⁹. Nona eq̄bit terra. Decia exibūt hoies de cauernis ⁊ ibūt velut amētes: ⁊ nō poterūt mutuo loq̄. Undecia surgent mortuoꝝ ossa ⁊ stabunt sup sepulcris. Duodecia cadēt stelle ō celo. Tertiadecia morient hoies viuētes vt cum mortuis r̄surgāt. Quartadecia arōbus

celū.i.aer ⁊ tra. Quintadecima oēs re surgēt:⁊ fiet celū nouū: tra noua. Ista tñ signa vt ōr s.Tho.Hieroñ.nō asserīr:nec videt multū:sed parū ꝓbabilia. Silr etiā sig̃ q̄ videt dñs i euāgelio dare.sm Augūst. ad Eslichiū. forte nō pertinent ad die illā: nisi dicat ꝙ tūc ista sig̃ erūt matora q̄ ante. Qō sm quā mēsuram fiat incertū est. Scd̄z (in sole) q̄ s.obscurabit vt dicet. Sz q̄re potⁱ non fiet in eo tale signū vt ster sic tpe iosue. eiusdē.x.vel retrocedat:sic tpe ezechie. Esa.xxxviij: Ad h̄ ōr dñs petr⁹ ō scala ꝙ fiet vt culpe.i.pctō qō est tenebra/respōdeat pena. vñ obscurat⁹ fuit ꝓ pctō egyptioꝝ. Exo.x.⁊ ꝓ pctō iudeoꝝ in passione dñi:⁊ tūc obscurabit ꝓ pctō oim. Ista aūt obscuratio aliqñ dicit erubescentia. Esa.xxiij. Erubescet sol .aliqñ obtenebratio. Joel.ij. Sol cōuertet in tenebras. Apoc.vj. Aliqñ denigratio. Sol factⁱ est niger q̄si saccus cilicinus Hec ex illo. (⁊ luna ⁊ stellis) .i.in pulcriorī ⁊ euidētiorī ptē mūdi: sic homis turbatio ꝑmo appet in facie. Licet em̄ ōs in se sp̄ sit q̄etus.tñ tūc oñdet se turbarū qñ voler exercere vīdictā ⁊ facere effectū irati. Est aūt sciēdū ꝙ in tpo chr̄i aduēru: chr̄o venīēte:⁊ resurgētib⁹ sctis sm sctm̄ Tho.vbi s. fient q̄dā mirabilia in celestib⁹ corpoīb⁹ et in alys. Nā totus mūdus ponet in q̄dam statu inco:ruptiōis:q: corrūpent oia mixta. vt animalia:plante:⁊ mineralia.⁊ nunq̄ de cetero erit gn̄atio aut corruptio :q̄a cessabit causa ois motus.s.motus celi. q: firmabit celū sole existēte in oriēte:⁊ luna plena in occidēte in q̄b⁹ locis sunt creata:⁊ ꝙsequent in eisdē ꝙplent circulationes suas que nō debent incōplere manere. Deinde remanebūt tenebre solum apud infernū. vnde ps inferioꝝ rere nobilitabit per rōnales spūs alligatos. Exterioꝝ ꝓo erit peruia vt vitrū. nō vt crystallū.aer vt celū. Ignis lucebit vt lūinaria celi. Et ipa lūinaria celi mlto magis lucebūt q̄ modo Esa.xxx. Erit lux lune sic lux solis. ⁊ lux solis septēplicit sic lux septē dieꝝ:ita q̄ lux vnius diei tūc erit tāta sic modo lux septez dieꝝ si sit pōeret. In die q̄ alligauerit dñs vuln⁹ ꝑpⁱi sui.i.in die resurrectiōis qñ sanabimur: q̄ ad corpus remotis penalitatib⁹: sic mō sum⁹ sanati q̄ ad aiaz ꝑ sacramēta. Et sic ps q̄ tot⁹ mūdus innouabit. Oia p̄dicta et ratio p̄dictorū ex scrō Tho.vbi s.patet. Sed ista forte ꝑtie nō possūt dici sig̃ futuri iudicij quia sit cū aduentu fient iudicis. Que aūt sint ista signa de quib⁹ loquit euangelīū:dicit Matt.xxiij. Nam sol inqt obscurabit.⁊ luna non dabit lumē suū: ⁊ stelle cadent de celo. Erit tñ ꝑter hec vnū signū in istis cōmune toti corpi celi.i.oib⁹ spheris ⁊ stellis: q: scz cū oīa nunc moueant ꝑter celū empyreū:tunc oia moueri cessabūt sm doctrinā fidei ⁊ sctoꝝ.vt ptz.xiij.tract.cap.vlt. Fient aūt ⁊ mlta alia in celo que nō dicunt signa:q: non p̄cedent iudicē saltē diu: vt inouatio:⁊ nubes:⁊ hmōi. Ista ꝓo obscuratio sol⁹ ⁊ lune dupl̄r accipit. Uno modo sm ꝙ Eyse.Ebry.⁊ Hieroñ.dicunt:q: tanta erit claritas chr̄i:ꝙ lūinaria celi eo p̄sente nō videbunt: quāuis erūt lucida tunc plus q̄ modo. sic nec mō vident stelle ortō sole. Non est autē itelligendū ꝙ isti scti velint negare q̄n p̄cedat aduentū chr̄i alia obscuratio solis ⁊ lune:quia hoc exp̄sse dicit scptura Joelis.ij. Sol inquit cōuertet in tenebras: ⁊ luna in sanguinē ante q̄ veniat dies dñi magn⁹. Et tō q̄uis sit verū qō dicūt:tñ vt ōr Raba.⁊ s.Tho.vbi s. h̄ potⁱt eē alio mō.q:.s.in rei ꝓitate sol et luna obscurabunt successiue vl̄ sil dina ꝓtute. Sz s.Tho.vlt h̄ fieri aī iudiciū vt sonāt ꝓba Joel. Rab.āt nō hz ꝑ inconueniēti ꝙ etiā fiat p̄ter chr̄o ad troē. Peracto ꝓo iudicio erit lux lune vt lux sol⁹:sic dixit Esa. sz tñ nō ē repugnātia int̄ s.Tho.⁊ Ra.q: h̄ potⁱt eē aī vt sit signū:⁊ etiā tē ad troē. Vl̄ h̄ erit vsq̄ q̄ chr̄s appear: q̄ appēre lumē restituet soli ⁊ lune:sz nō appebūt ꝑpⁱ chr̄i claritatē. Quō ꝓo stelle ō celo sint casure oz idagare:⁊ certū est ꝙ i rei ꝓitate ō celo cadere nequnt. Prīo q: celestia corpa sūt incorruptibilia ⁊ ꝙñ idiuisibilia. Scōo q: nō esset loc⁹ in q̄ recipi possent. Qō

ſle patz. Nā ſic docet Areſto. in li. ō ge
neratiōe: aqua ē decuplo maioꝛ terra ꝛ
aer decuplo maioꝛ aq̄: et ignis decuplo
maioꝛ aere. Et q̄ ſequit q̄ totū ſpaciuz
quod eſt infra celū pōt ꝓtinere totā ter
rā milies centies ꝛ vndecies p̄ciſe. Eſt
rurſus ſciēdū q̄ ſm ſapiētes. vt teſtatur
Origenes ꝛ ſcūs Thom̄. ꝛ multi alij.
Oēs ſtelle ſūt maioꝛes tra: vel ſaltē ille
q̄ ſūt viſu notabiles: vt dic̄ Alfragan⁹.
Huiꝰ aūt ſignū ē q̄ q̄libet ſtella reſpe
ctu celi ē alicuiꝰ q̄ntitatiſ: vt ꝓz ad ſen
ſum. Terra ꝙo reſpectu celi nulliꝰ ē ſen
ſibilis q̄ntitatis: ſed ſe habet vt punctū
vt ꝓz ex vſu aſtrolabij. Quia aſtrologꝰ
ſta co vtit i ſupficie terre: acſi eſſet i cē
tro eius. Cū g̃ ſtelle etiā notabiles ſint
mlto plures q̄ mille. c. et. xj. nō p̄nt hīe
locū niſi i celo. Argueret aūt fortē ali
q̄s ꝓtra p̄dicta. Nā ſol ē maioꝛ terra: vt
tradūt ſapiētes: ꝛ etiā ꝓbat. Nā ſi eſſet
et eq̄lis: vmbꝛa terre ab eo cauſata eſſz
ꝓtinue eq̄lis: ꝛ prenderet in infinitū. ꝛ
ſic eclipſaret ſupioꝛes planetas: et ſtel
las fixas. Qō ad ſenſū eſt falſum. Idē
ſeq̄t. ſi ſol eſſet minoꝛ tra: q̄ tūc vmbꝛa
terre: q̄nto magz a tra diſtaret: eſſet ma
ioꝛ: ꝛ b̄ ad i infinitū: vt ex ꝓſpectiua ꝓz
Luna ꝙo ē minoꝛ tra ſm coſdē: ꝛ ꝓbat.
Nā ſol ē maioꝛ terra: g̃ vmbꝛa tre q̄z p̄
mū elongat a terra ē minoꝛ terra. Et tñ
ſpa vmbꝛa eſt maioꝛ q̄z luna: vel ſaltem
et eq̄lis. vt ꝓz ad ſenſum: q̄ aliq̄n i eclī
pſi lune occupat totā lunā. Ex his aūt
ſequit q̄ ſi ſtelle ſūt maioꝛes tra/ q̄ ſint
maioꝛes luna: qō eſt ꝺ diuinā ſcp̄turā:
q̄ dicit q̄ fec̄ deus duo luminaria mag̃.
Gen̄. j. Rñdeo ꝛ cōcedo q̄ luna ē minoꝛ
ſtellis in ꝓtate: ſz q̄ eſt vicinioꝛ nobis
cū ſit in ꝓmo celo videt maioꝛ. Et ſm
ſctm̄ Tho. ij. di. xv. ꝛ j. ꝓte. q. ixx. ratōe
huiꝰ apparētie vel rōne ſue ꝓtuz: diuina
ſcp̄tura lunā appellat lumiare magnū.
Cū g̃ ꝙe ſtelle de celo cadere nequeāt:
ꝙbū p̄dictū exponit mltiplicit. Pꝛio ꝓz
Chꝛyſ. Hiero. Orige. et Raba. expo
nit: q̄ cadēt de celo. i. p̄uabunt ſua luce
vel ꝓpter p̄ſentiā maioꝛis luminaris. ſ.
chꝛi: vt dic̄ Chꝛyſ. ꝛ Hiero. vel ꝓpt fu
tūū aſcendentē q̄n purgabit mund⁹: vt
dic̄ Orige. vel diuinit⁹ q̄cūq̄ mō. Alij
ꝙo exponūt de ſtellis q̄ cadūt ꝓtinue ꝓz
apparentiā in nocte. Sūt em̄ q̄dā vapo
res ſicci ꝛ calidi q̄ a ſole eleuāt vſq̄ ad
ſupioꝛē partē aeris. vū cū fuerint calefa
cti a ſphera ignis vicina incēdit illa ma
teria a ꝓte ſupioꝛi incipiēs vſq̄ ad infe
rioꝛē: ꝛ ſic videt cadere ignis vel ſtella.
Sed iſta freq̄nti⁹ ꝛ cū maioꝛi admira
tiōe fient inſtāti iudicio. Seq̄t (ꝛ i ter
ris) maxi e maritimis (p̄ſſura gētiū ꝓte
cōfuſiōe ſonit⁹ maris ꝛ fluctuū). Ex ſi
gnis em̄ apparētib⁹ in celo. ꝛ ꝓſeq̄nt in
ꝓte inferioꝛi hoies aliq̄ magnū futuꝝ
verebunt: p̄cipue ꝙo ex iſolita marꝫ tur
batiōe. Vñ arefcēt. i. rabeſcēt ſqualoꝛe
et macie: tā boni q̄z mali ſm Euſebiū.
Vñ ſubdit (Areſcētib⁹ hoib⁹ p̄ timoꝛe
ꝛ expectatiōe) eoꝝ. ſ. (que ſupuenīēt vni
uerſo oꝛbi) q̄ āt ſint iſta dicet ifra. Eſt
aūt aduerrendū q̄ ſm Aug. ꝛ Ambꝛo.
p̄dicta habēt aliū ſenſū: quē q̄dā dicunt
myſticū ſeu allegoꝛicū. Sz reuera foꝛ
te ē ꝛalis ſignificat⁹ p voces metapho
rice. Stella em̄ cadēs nō eſt vera res: ſz
ficta. Vñ ait Augu. ad Eſtich. Sed ne
dñs appꝛopinq̄nte ſcōo aduentu ſuo ea
ꝓ magno diriſſe videat q̄ huic mundo
etiā an̄ eius ꝓmū aduentū fieri ꝓſueue
rāt: ꝛ irrideamur ab eis q̄ plura i hiſto
ria gētiū ꝛ maioꝛa legerūt. hec q̄ dicta
ſūt meli⁹ exiſtimo itelligi. Hec ille. Vñ
ſm cūdē Aug. eccl̄ia eſt ſol: ꝛ luna ꝛ ſtel
le: cuſ dictū eſt. pulcra vt luna. electa vt
ſol: que tūc nō apparebit ꝓſecutoꝛib⁹ vl
tra modū ſeuiētib⁹. hec ille. Amb. ꝙo ꝙ
ſolē chm̄ intelligit: cuiꝰ radiꝰ ē fides.
Obſcurat g̃ ſol ſm eū: cū deficit fides.
Et luna. i. eccl̄ia/ q̄n iter ipaz ꝛ chz carnalia ꝛ frena vicia opponunt. Per ſtel
las ꝙo itelligunt viri gl̄oſi i eccl̄ia: q̄ ꝙ
ſecutiōis tpe cadūt: vt idem ōt. Qō ꝙo
ſubdit. (ꝛ i ſtris p̄ſſura gētiū) ſm Aug.
vbi ſ. nō itelligit ō gētib⁹ bñdicēdis in
ſemie Abꝛae: ſz q̄ i iudicio ſtabūt ad ſi
niſtrā. Videt aūt mihi q̄ ſi iſta p̄ſſura ſu
mat actiue: ſic ꝓtiet ad maloſ q̄ tē p̄met
. i. ꝓſeq̄nt bonos. Si ꝙo ſumat paſſiue:
ſic erit oim: qꝛ erit ꝓpt illa q̄ ſupuenient
vniuſo oꝛbi. i. oib⁹ bōis ꝛ mal: vt videt

velle Eusebi⁹. Sz tñ ꝑssura bonoꝝ ci⁹ tius icipiet:qz lūine fidei z inspiratōis diuine citi⁹ agnoscēt futura mala alijs oscētib⁹:pax z securitas:z citi⁹ termina bit ꝑ eleuatiōez capitū.i.cozdiū exhilarationē:deo ꝓfoztāte. Pressura ꝥo malox nunqꝫ finiet:z semp ex q̄ incepit ꝑficiscet ò malo i peius. Et hac rōne ista fm Greg.z Aug.sūt dicta ꝺ reprobos. Ob ꝥo subdit(nā ꝥtutes celoꝝ mouebunt)fm Aug.intelligit:qz alioq̄ fortes in ꝑsecutiōe turbabunt.

Vocaliter ꝟ significant mi'ra hoim genera i q̄b⁹ erūt z sūt mi'ra signa. Nā in sole.i.in plat⁹ q̄ sūt lux mūdi(vt dicit Matth.v.)est obscuratio ꝑ tḡrantiā z vitā infamē. In luna ꝥo.i.ꝑncipib⁹ secularib⁹ q̄x prās ad eccl'iam se habz vt luna ad solē.extra ò ma.z obe.insolite: est apparitio sanguinis ꝑ crudelitatē z impudicicia. In stellis ꝥo.i. religiosis est casus a celo ꝑ apostasiā z inobedientiā In tra aūt.i.i agricolis seu rustic⁹ ē ꝑssura passiue:illata a celo.i.superioꝝib⁹ eorū. In hoib⁹ aūt.i.mercatoꝝib⁹ sic dicti ꝓpt politicā ciuilitatē z astutiā:ē arefactio cozdis ꝓpter cupiditatē z auaricia. In ꝥutib⁹ aūt celestib⁹.i.ꝑdicatoꝝib⁹ ē comotio ꝓpt pusillanimitatē.qz sūt canes muti nō valētes latrare. Esa.lvj.z ꝓpt inutiles discursus:cū deberēt i ꝓtem platiōe q̄escere:exēplo chr̄i secedēt⁹ i desertū post fmonē Joā.vj. In mari autē id ē i pctoꝝib⁹ habētib⁹ ꝓscientiā amaricatā.est son⁹ malox ꝥboꝝ. z fluct⁹ varius vicioꝝ. Quātū ad scām punctum scīedū ē:q cū ꝺz(Nā ꝥtutes celoꝝ)tangit duplex causa ꝑdictoꝝ. Una ē effectiua.i.angeli q̄ imediate ꝓcurabūt mi'a. Et alia finalis.i.aduēt⁹ iudic⁹ ad cui⁹ auctoritatē ꝑdicta ozdinant. Est etiā sciēdū q̄ ꝑ ꝥtutes celoꝝ mi'a possum⁹ intelligere:sic docz san.Tho.vbi s. Primo ꝑ ꝥtutes celoꝝ intelligunt oēs angeli(q̄ vt ipe et Dḡ sen.dic) mouebunt id ē admirabunt.qz habebūt nouā cōsideratiōē ò reb⁹ ad quā ꝑ spēs naturales ptingere nō poterāt. Nec tñ sequit q̄ in eis mō sit ḡtia sed nesciētia:inqꝫ tñ nescīūt q̄cunqꝫ de⁹ facere ꝑt cū illum nō cōprehendāt. Vel fm Chryso.z Beda mouebunt:qz nō intrepide stabūt in iudicio videtes tātā mi'tudinē ꝺdenari. Vñ Job.xxvj. Colūne celi ꝓtremiscēt ad nutū ei⁹. Sz dictū istoꝝ optz intelligere imꝓpe:vt.s.sit timoꝝ reuerētie z admiratiōis. Vel fm Greg.mouebunt:qz i aduētu districti iudic⁹ visibiliter apparebūt ad nos puniēdos. Alio mō(vt dic ide s.Tho.)ꝑ ꝥtutes celoꝝ pōt intelligi vn⁹ ordo angelic⁹ sic dictus q̄ tūc mouebunt:qz eoꝝ ē mirabilia facere:fm Gre.q̄d tūc maxie accidet. Vl qz vt dic⁹ Tho.eoꝝ est mouere celos. Vñ z celoꝝ ꝥtutes dicunt:z tūc mouebunt:qz mouere cessabūt q̄si.s.a suo officio mouēdi amote. Tertio fm Chryso. ꝑ ꝥtutes celoꝝ pōt intelligi oēs angeli q̄ ꝑsunt reb⁹ sensibilib⁹ q̄ absoluent a suo ministerio. Vide si vis.j.q.cix.quō singul'species rex coꝛpaliū ꝓponūt angeli:z pulncȳs z hoib⁹. Seq̄t.(z tūc videbūt filiū hois)Videbūt inqꝫ fm Aug. tam fideles q̄s infideles:vtpote qz erit sole splēdidioꝛ. Et fz Theo.videbit tam ipse q̄s crux sua:vt dī Matth.xxiiij. et ꝓsequit ab oib⁹ cognosceē. Quō aūt apparebit crux ē triplex opinio. Prima q̄ apparebit i sig̃ suo.i.in cicatricib⁹ chr̄i. Scda q̄ apparebit i seipa crux i q̄ chr̄s pepēdit ab angel' delata ad ꝓsolationē fideliū:z infideliū ꝓfusionē. Tertia q̄ apparebit i aliq̄ sig̃ suo formato i modū crucis. Et ista videt mens euāgeliste Matth.dicentis.q̄ appebit signū filij hois i celo. Et vt credo erit lux q̄da ad istar crucis densioꝛ relq̄ celi luce:vl' lux remissioꝛ ad istar vmbre. Vocat aūt se chr̄s filiū hois fm alios eo q̄ sit fili⁹ solū vni⁹.q̄ ꝥo ex masculo z femīa gñant sūt filij hoiz. Sz qz etiā Ezechiel dic⁹ est fili⁹ homis:forte meli⁹ dicit q̄ chr̄s sic se vocat i signū hūilitatis:cū posset se vocare filiū dei. Quidā aūt faciunt sic mul⁹:q̄ interrogat⁹(vt fingit)ò genere suo noluit se fateri filiū asine:sz dixit se filiū equi regis frācie. Notāter dī filius hois:qz iudicabit in forma humana:qz etiā legē euāgelicā dedit i forma humana. Eiusdē ē̄ est legē ꝺdere z fm eam

iudicare. Ite qz in eadē forma iudicat⁹ est: z ꝓsequ'r in eadē iudicabit vt possit ab impijs videri: fm glo. Joā. v. (venīe tē in nube (fm alios ꝓ ista nubē intelli/ gūr socieras sctoꝝ existentiū cū eo: q nubes dicunt/ eo q a frenis fuerūt eleua/ ti. Erāt aūt i societate chi venientes sal tem angeli: z forte illi scī: qui añ iudi/ ciū resurrexerūt: si q sūt: z qcūqꝫ sint il li. De reliquis ꝓo dicē apls. j. Thes. iiij Rapiemur cū illis scz q añ dormierāt: obuiā chō i aera. Ex q videt q chō ve nientē alīq scī erūt in terra z eleuabūt vt aues obuiā chō: qō maxie ꝓtinget il lis q mō sunt paupes z viles ꝓpt dōm: oluitib⁹ rūe sine nūero remanētib⁹ i tra Reposita est hec spes mea in sinu meo Job. xix. Scōm alios ꝓo p nubē intel/ ligit nubes materialis q chō pbebit ob/ sequiū ad decorē nō ad necitatē. Unde Aug. ad Esichiū. Sic veniet sic abijt. Nubes aūt suscepit eū ab ocul' eoꝝ. hec ille. Ad quē aūt locū chūs tūc sit ventu rus. Uide infra feria. iij. post ꝑmā dñicā ꝗdragesime. (cū prāre magꝫ et maiesta/ te) accepta a do pīe ꝓpt sue passiōis me/ ritū. Greg. i omel. In prāte z maiesta/ te visuri sūt quē i hūilitate positū audi re noluerūr: vt fruē eī⁹ rāto tūc distri/ eti⁹ sentiāt: ꝗnto nūc cernicē cordis ad eī⁹ patiētiā nō iclinār. Hec ille. Appa rebit aūt ista prās chi ꝑmo ex mundi ꝓflagratiōe. Ps. Ignis añ ipm p̄cedet z iflāmabit i circuitu iimicos eī⁹. Se cūdo ex iudicādoꝝ mlitudie: qz cōgre/ gabit oēs gētes i valle Josaphat. vt pz Joel. iij. Tertio ex corpoꝝ suscitatōe qz oēs resurgem⁹ cū corpib⁹ nris. vt pz j. Cor. xv. Quarto ex voꝫ magnitu/ die. Chrys. Vere magꝫ vox cui oia obe diūt elemēta: q petras scidit: portas ife ri apit: z vincla mortꝫ dirūpit. hec ille.

Quinto ex obsequio nubiū: vt hic patz.

Sexto ex inouatōe celi z tre z oim ele mentoꝝ Apoc. xxj. Ecce noua facio oia

Septio ex iudiciaria auoritate. qa pī oē iudiciū dedit filio Joā. v. Octa uo ex electoꝝ glificatiōe. Matth. xxij. Tūc fulgebūt iusti sic sol. Nono ex so cietatꝫ nobilitate. qz dūs ad iudiciū ve/ niet cū sentoribꝫ ppli sui Esa. lij. Itez oēs angeli eī⁹ cū eo Matt. xxv. c. Da iestas etiā ex ꝑdictꝫ apparebit z rursus ex glia būanitatꝫ sue q erit gliosa. Pri/ mo: qz dz iudex eminere iudicādis: q̄rū alīq. s. electi habebūt corpa gliosa. i. do tata dotib⁹ claritatꝫ/ agilitatꝫ/ ipassibi litatꝫ/ z subtilitatꝫ. Scōo qz i ꝑmo ad/ uentu chūs q venerat iudicādus appa/ ruit i forma infirmitatꝫ. g̃ veniens iudi care apparebit in forma opposita sicut iudicare z iudicari opponunt.

Dozalit aūt h admonemur vt toto tpe vite nre q̄ram⁹ chō regi ꝑ sanguīe fuso z cruce tolerata: orare z ope gratias agere ne ꝓfūdamur i die iudicij q̄n i ae re videbim⁹ sig̃ crucꝫ z vulnera eī⁹. Tūc em̄ fm Chrys. sic loquet. Ego ꝓpt vos hō fact⁹ sum: ꝓpt vos alligat⁹/ delus⁹/ cesus/ z crucifix⁹. Ubi est tantaꝝ inlu/ riaꝝ meaꝝ fruct⁹: Ubi seruit⁹ quā mi/ hi ꝑ sāguinis ꝑcio reddidistꝫ: Hec ille.

Quātū ꝓo ad tertiū pūctū sciēdū est q chūs electos suos ꝓsolat. Bre. i omel. Quia ꝑmissa ꝓra reprobos dicta sūt: mox ad electoꝝ ꝓsolatiōe ꝓba vertūr. Nā subdit (his aūt fieri icipientib⁹ leua te capita vestra). i. exhilarate corda. qa dum finit mūdus cui⁹ amici nō estꝫ: ꝓpe fit redemptio quā quesistꝫ. In sacra em̄ scptura sepe caput ꝑ mente ponit: qz sic capite regunt membra: ita cogitatiōes mente disponunt. Capita g̃ leuare: est mentes nostras ad gaudia patrie celes/ stis erigere. Hec ille. (qm̄ approꝑpinq̄t redēptio vra) Theo. i. ꝓfecta corpis et aie libertas. Sic em̄ ꝑmus aduēt⁹ dñi fuit ad reformatiōe aiaꝝ nraꝝ: sic secū dus ad reformatiōe corpoꝝ celebrat. Hec ille. Greg. in omel. Q, aūt calca/ ri mūdus ac despici debeat: puida dūs cōpatiōe mālfestat: cū subdit (Uidete ficulneā z oēs arbores: cū ꝓducūt iā ex se fructū: scitꝫ qm̄ ꝓpe est estas: ita z vos cū videritꝫ hec fieri scitote qm̄ ꝓpe ē reg/ gnū dei) qsi dicat: Sic ex fructu arbo/ ris vicina estas cognoscit: ita ex ruina mūdi ꝓpe esse cōgnoscit regnū dei. Ex hoc ostēdit: qz fructus mundi ruina est. Ad hoc em̄ germinat: vt quecunqꝫ germi/

nauerit cladib⁹ ꝛesumat. Bñ ãt regnũ dei estati compar:qz meroꝛ nr̃i nebule trãseũt:z vite dies etni solis claritate fulgescũt. Hec ille. Euse. Sic em̃ i hac vita:sol hyeme rcedẽte:ac succedẽte ve/re:radiũ calidũ mittẽs fouet ac viuifi/cat humidita semina:exuẽtia pstinã fi gurã:pullulãt aũt noua vartũ viroꝛẽ ha bẽtia:sic z gl̃iosꝰ vnigeniti dñi aduẽtꝰ vi uificatiuis radijs illustrãs nouũ seculũ dudũ ꝛdita p totũ mõz semia.s. dormiẽ tes i puluere tre portoꝛib⁹ corpib⁹ q̃s p/ us pducet i lucẽ:ac ꝛfutata morte reg̃/ bit deinceps vita secli noui. Hec ille. Oia ãt pdicta ꝛcludit dñs fm Gre.sub mag̃ certitudie.imo fm Beꝺ. si dicere licz sub suo mõ iurauit:cũ ꝺr (Amẽ dico vob) Amẽ ꝙppe vt ꝺr Beda iterpta tur verꝝ:acsi dicat:verꝝ dico vob. Utrũ ꝛo sit iuramẽtũ? Dico q nõ. licz Wgr histo.dicat q sic:qz chr̃s nõ ita freq̃ntal ser illõ(qz ñ pteribit gñatio hec donec oia fiãt(.i.nõ pteribit genꝰ iudeoꝝ:fm aliq̃s:vel hũanũ genꝰ.fm eundẽ Bedã vel eccl̃a nouit gñanda.fm Eusebiũ z Theo.q ex h elicit q ipa chr̃ianitas nũ q̃s deficiet:neq̃ fides Jesu chr̃i(celũ et terra trãsibũt:ꝛba ãt mea nõ trãsibũt) idẽ vt videl innuere Greg.z Hiero.ꝺr Facilꝰ est ista pire:qꝺ tñ est ipossibile: q̃s mea ꝛba nõ implerí. Vel possumus dicere:q reuera transibit celũ q̃ntũ ad accidẽtia sua:qz cessabit moueri: z am/ pliorẽ lucẽ suscipiet:z silr terra:vt ex di ctis ptz:tñ q̃ntũ ad essentiã z subaz suã vtrũq̃ stabit in eternũ. Unde Eccs.j. Terra i eternũ stat. Beda. Aperta rõ ne celũ z terra p eã quã nũc habẽt ima/ ginem transeunt:attamẽ per essentiam sine fine subsistunt. Hec ille.

Horalit aũt h instruimur vt mũdũ trãseuntẽ despiciam⁹. Si em̃ trãseũt in corruptibilia: vt celũ z tra:q̃nto magis corruptibilia z vana. Hiero.ad Helio. ꝺ morte nepo. Xerses ille rex potentissi mus q subuertit mõtes:maria ꝛstrauit cũ ꝺ sublimi loco ifinitã hoiz mlt̃itudi/ nẽ z inũerabilẽ vidisset exercitũ:fleuisse ꝺr q post cẽtũ ãnos null⁹ eoꝝ ꝙs tũc vi/ debat/supfutur⁹ esset. Si possem⁹ in talẽ ꝛscendere speculã de q̃ vniuersam terrã sub nr̃is pedib⁹ cernerem⁹. Jã ti/ bi ostẽderẽ tot⁹ möi ruinas:gẽtes gen tib⁹ z regnis regna collisa:alios torq̃ri alios necari:alios absorberi fluctib⁹:alt os ad futurum trahi:Hic nuptias/ibi plãctũ illos nasci:istos mori:alios afflu ere diuitijs/alios mẽdicare:z ñ Xersis tm̃ exercitũ:sz tot⁹ hoies möi breui spa cio ofuturos. Uincit fmo rex magnitu dine:z min⁹ ẽ oẽ qꝺ loqmur. Redeam⁹ igit ad nos:z q̃si e celo descẽdẽtes pau/ lisp nr̃a videam⁹. Sentz ne obsecro q̃n infans:q̃n puer:q̃n iuuenis:q̃n robuste etatz:q̃n senex fact⁹ sis? Quotidie mo/ rimur:q̃tidie cõmutamur:z tñ eternos nos esse credim⁹. Hec ille.

Dominica tertia aduentus Textus euangelij Mat.xi.

Cum audisset Joannes in vinculis opa chr̃isti mittens duos de discipul̃ suis ait illi. Tu es q venturus es:an alium expectamus: Et rñdens Jesus ait illis. Euntes renũciate Joãni que audistis z vidistis. Ceci vident:claudi ambulant: lepꝛosi mundantur:surdi audiũt:mortui resurgũt:pauperes euangelizantur. Et beatus est q̃ non fuerit scandalizat⁹ in me. Illis autẽ abeũtib⁹ cepit Jesus dicere ad turbas de Joãne. Quid existis in desertuz videre. Arundinẽ vento agitatã. Sz q̃d existis videre: Hoiem mollib⁹ vestitũ; Ecce q̃ mollib⁹ vestiunt̃ i domibus regũ sunt. Sed q̃d existis videre: ꝓpheta: Etiã dico vobiꝝ z pl⁹ q̃s ꝓphetã. Hic est em̃ de q̃ scriptũ est. Ecce mitto angelum meũ ante faciẽ tuã. qui ꝓparabit viam tuam ante te.

Dominica.iii.aduētus.

CUm audisset Joannes in vinclis ꝛc. Matt.xj. In ꝑsenti euāge.tāgunt tria pūcra. Primū est Joānis interrogatio. Scōm chīi rnsio. Tertiū Joannis cōmendatio. Quantū ad ꝑmū sciendū est ꝙ tres fuerūt Herodes ſm chronicas. Primꝰ dictꝰ est Ascalonita: cuiꝰ ꝑ idumeꝰ et nō iudeꝰ fuit. Hic fuit rex i iudea: et occidit innocētes. Scōs dictꝰ est antipas q̄ fuit huiꝰ ꝑmi herodis filiꝰ: et non fuit rex/sed tetrarcha. vt dr Lu.iij.i. vñs in q̄rta ꝑte regni ꝑils sui a tetras qđ est q̄rtuor: et archos ꝓnceps q̄si q̄rtus in reḡ ꝓnceps. Mortuo em̄ Herode ascalonita romani diuisert regnū eiꝰ in duas medietates: et vnā dederūt Archelao. Reliquā aut̄ diuisert i duas: dantes vnā herodi: et reliquā philippo fratri suo: hic occidit ioānē. Tertius dictꝰ est Agrippa/q̄ fuit filiꝰ Aristoboli: filij Herodis ascalonite. Hic fuit iudeꝰ. vt testat Josephus. i. fuit circūcisus sic̄ et Aristobolꝰ ꝑ suꝰ: et a Romanis factꝰ fuit rex in ꝑte vna regni iudeoꝝ: nō tñ regnauit in hierlm: sed vltra iordanē. Nam vt dr in histo. Eccla stica: dū hierlm erat cuertēda: fideles ibidē exñtes admoniti sūt ꝑ angelū trāsire iordanē ad regnū Agrippe ꝓfederati romanis. Hic herodes occidit Jacobū frēm ioānis. ꝑsus. Ascalonita necat pueros: Antipa ioānem. Agrippa iacobū: claudēs in carcere petrū. Joannes ḡ incarceratꝰ est ab herode antipa. Huiꝰ cām potissimā tāgit Mar.vj. et Mar.xiiij. Herodias em̄ filia Aristoboli vt tradit Josephꝰ: et magr hist. nu psit philippo fratri ꝑils sui. Sed herodes fraṫ ꝑils et mariti/eiꝰ amore captꝰ rapuit illā/ea tñ ꝓsentiēte: sz nō marito qđ illicitū fuit. Hoc ḡ Joānes arguebat. Meruēs ḡ herodias ne Herodes ad ꝑdicatiōnē ioānis eā dimissam: matrito restitueret: suggessit herodi vt ioānē carcerib⁹ traderet: qđ et fec̄. Aliꝰ aut̄ vt Josephꝰ vltra h̄ aliā assignt cām: qr sz ioānes ꝑdicabat iusticiā et sobrietatem/et baptismū: et iō mlti ꝑls eū seq̄bat. Herodes ḡ rumultū ꝑtimēs/ reclusit illū. Tertia cā solet assignri. qa ioānes magnū regē post se ventuꝝ ꝑdicabat. Ordinauerāt aūt romani: neqs sine senatꝰ autoritate rex diceret. vñ herodes offensaz cesarz timuit: et ioā. in vicul̄ detinuit. Dr ḡ (cū audisset ioā.) ꝙ discipl̄os suos. s. vtz Lu.vij. (in vinculꝰ opa chīi) Sciēdū em̄ ꝙ chīs lz añ ioānis carcerē ꝑdicauerit et fecerit alia miracla et baptizauerit. vtz Joā.iij. tñ nō ꝑdicauit multū publice. vt q̄daz dicūt. Vñ b. Mar. vī ꝑdicatōz chīi a ioānis carcere inchoare. Mat.iij. Sz ioāne tradito chīus ꝑpter doctrinā et miracla magꝝ et freq̄ntia fuit i magꝝ fama: et opa eiꝰ vbiq̄ diulgabāt. vñ et ad ioā. icarceratū puenit h. et ꝑfecta dr audiuisse opa chīi. Seq̄t (mittes duos de discipl̄is suis ait illi. Tu es q̄ ven.es: an ali.expe.) Sz h̄ est magꝝ qō quā b. Gre. mouet d. Querēdū nob̄ ē. Joānes ꝑpha et plꝰ q̄s ꝑpha q̄ venturē ad baptismū dñm oñdit di. Ecce agnꝰ dei: ecce q̄ tollit pcā mūdi cur i carcere positꝰ mittēs discipl̄os rogat: tu es q̄ vē.es: an ali.ex.tā q̄s si ign̄a rer quē oñderar: et an ipe sit nesciat: quē ꝑphando: baptizādo: oñdēdo ipm eē clamauerat. hec ille. Sic aūt recitat scrūs Tho.ij.q.ij.ar.vij. ad scōz: tres fuerūt solēnes mōi rñdēdi ad istā qōnē. Primꝰ est b. Amb. di. Nō fide/ sz pterate dubitauit. Dubitauit ēt petrꝰ di. Propitꝰ tibi esto dñe: nō fiet h̄. Hec ille. Et vī velle Amb. ꝙ ioā. sciuit q̄dē mortez chīi eē ꝑphatā: sed ꝓpatiebat et admirabat: ꝙ tantū vellet sustiere opꝛobriū. Sz Chry. in ho. vī impugre istā rñsiōz Dextñ ipe eā nō impugt: sz intēdit assere re ꝙ Joā. credidit chīm mortuū: qđ opinio ista ꝓcedit: cū q̄ stat ꝙ non ex rei ign̄rantia: sz ex rei magnitudie admirabat et cōpatiebat. Aliꝰ modꝰ est Chry. in ho. et Hiero. et Nico. & Ly. et Hil. ꝙ ioā. nō dubitauit: sz discipl̄i sui: q̄ zelantes ꝑ mgrio suo: tā q̄s chīs ei faceret cōcurrentiā: hēbāt aliqualē iudiciū ad chīm et discipl̄os eiꝰ. vt Joā. ij. elicit. et etiā incredulī erāt: vñ se pharisels associabāt. vt ptz Mat. ix. Dicitur ḡ Joā/

aes voluit eos ab errore z ab inuidia liberare: ō misit illos ad chm vt videtes ei⁹ miracla sanarent in spū. Sz ꝺ hūc modū arguit Paulus burgen. qz nō vī ꝺat ꝓsonare littere seqnti. Nō ei rnsio chī dirigit ad discipl̄os: sed ad ioānez. Sed ad hoc dr, q sic ioānes cauēs discipulo⁹ ꝓfusionē: interrogat in ꝓsona sua: ita chs curialitate vtens eadē rōne re/ spōderet ꝓbis ꝺdē Joānī: sed factz mirac̄uloz discipl̄is. Tertio mod⁹ est Greg. in ho. z dr Hiero. ait em Greg. Querit vt sciat si is ꝺ ꝓ se in mūdū venerat: et ad iferni claustra descēdat. Hec ille. Vñ sciēdū est q ioānes sciuit ꝓtutē passionis chī vsq; ad limbū debere prin/ gere. qz ꝺ ꝑdixerat Zach. ix. dī. Tu ꝺq; in sanguie testamēti emissisti vinctos tuos de lacu in q nō erat aq̄. Sz tñ nesci/ uit an chs ꝓsonal̄r illuc descēsur⁹ eēt: nec ꝺ credere tenebat añq; eēt ipletū vt ꝺt s. Tho. vbi s. De ꝺ q dubitat z qrit fm Hiero. z Gre. vt chī aduētū nunci/ et apō inferos: nō ad ꝙuertendū ꝓl̄os: sed ad cōsolandū. vt ꝺt glo. Cōtra istū modū videt arguere Chrys. in hom. et reuera nihil dicit ꝟiuz: sed ipe intēdit solū q ioānes nolebat ꝑdicare fidē apō inferos: vt alics nouit crederet. Et ꝺ idē Hiero. z Greg. nō negarēt. Cōtra btm Gre. spēaliter arguit Nico. de Lyra di. Greg. dic q ioānes dubitauit an chs esset passur⁹ et moriturꝰ: sed ꝺ nō est rōnabile. qz plusq; ꝓpha ignorasset: qō ꝓphete sciuerūt z ꝑdixerūt in mltis locis. Jtē qz ipe dixit. Ecce agn⁹ dei. et fm Chrys. agnū vocās crucē diuulgat. Ad ista rndet: q iste false allegat Gre. z ꝺ ptz ꝑmo ex ꝓbis eius sup̄ allegatis Scdo ex sctō Tho. vbi s. Nō em Gre. dicit ioānem dubitasse de morte chī: sed de eius descēsu ad iferos in ꝑsona. Verū est tñ q in vno loco homel. videt Grego. dicere qō iste ei ponit. Ait em loques in ꝑsona ioānis ad chm. Sic ꝓ hoib⁹ nasci dignus es: an; etiā z ꝓ hoib⁹ mori/ z ad iferni claustra descēdere digneris: insinua. Hec ille. Sed intēdit Greg. dicere q ioānes dubitauit ō ista copulatiua. s. chs morier̄ z chs descē/ det ad iferos ꝑsonal̄r rōne scōe ptis: fuit tñ mentionē de prima: qz moris erat chō via ad ꝑsonalē descēsum. Vñ pz q allegat ꝺ mentē suā z trūcate. Dr tñ q aliq̄ antiq̄ homeliaria bñ correcta non hūt li mori. Allegorice sciēdū ē q ioānes ꝺcat ꝓl̄m hebraicū. Prio: qz fuit ꝓcursor chī: sic z ille ꝓl̄s mundū dispo/ suit ad credēdū chō ꝓnūciādo illū. Secūdo: qz interp̄tat grā dei: z ꝺcat illum cui dedit ōs mlta dona vel grās: sic fec huic ꝓl̄o ps̄. Nō fecit taliter oīni. i. nulli nationi. s. ante nouā legē. Hic ꝓl̄s circa mortē suā. i. finē mūdi/ siue in vltia eta te est in vinclis erroris z diabolice po/ testatz: sed approp̄inquāte mūdi fmino totus cōuertet ad chm. ps̄. Cōuertent ad vespam. Ro. xj. Cecitas ex pte ꝙtingit in isrl̄: donec plenitudo gētiū subintrauerit: z tūc ois isrl̄ salu⁹ fiet. Hoc ār credo futuz qñ tot⁹ mōs suscipiet fidez chī p scdaz ꝑdicatōez euāgelij. de q vide infra vñica. x. post festū trinī. Et tunc mittet ad chm duos discipl̄os: intellectū. s. z affectū: vt iformet z istāmet deo: p itellectū scrutādo fcā el⁹: z p voluntatē approbādo z amādo. Vel alit. Vt em ait Hilari⁹ in ioāne forma legis lata est. Chm em lex annūciauit: z remissionē pcōz ꝑdicauit: z regnū celorū spopōdit: z ioānes totū ꝺ op⁹ legis expleuit. Jgit cessante iā lege q ptis plebis iclusa: ne chs posset itelligi q̄si vinclis z carcere icludebat: ad euāgelia cōsulēda lex mittit: vt ifidelitas fidē dictorū ꝓtēplet in factz. Hec ille. Amb. Et forte asset isti discipli ꝙs misit sz duo popli: vn⁹ ꝺ ex iudeis credidit. z alt ex gētib⁹. Hec ille. Anagogice ꝓ ioānes ꝺcat fidelē mortuz ꝺdē: sed tñ adhuc exñtē in carcere corpis: grām gtū factēte/ vel gtis datā hūtē: z tñ int spem z desperationē sue salutz vacillātē. Hic ad chm docentē z sanantē mittit duos discipulos. chs em exist̄s in dextera ptis docet btos de secretz sue diuinitatz: z eosdem sanat ex oīni corpis z aie lāguore. Apoc. xxj. Absterget ds oēm lachrymā ab oc̄lis scōz. Isti duo discipli sūt ō sideriū sue salutz z eiusdē petitio. Tu

es inḋt ḋ venturꝰ es in ꝑsona vel i effectu ad liberādū me in puncto mortis: an aliū expectamus. ſ. inimicū: q̄ſi diceret. Deſidero t peto vt tuiꝑ mihi aſſiſtas t liberes me. Pſ. Saluū me fac deus qm intrauerūt aque vſq ad aiam meā.

Dozalit Joānes. i. habēs grāz gratūfacierē vel gtis datā exūs i carcere peccatoꝝ: ꝑt reatū ꝑteritoꝝ vel ꝓcm futuroꝝ: dz ad chm mittere intellectā et affectū vt liberet. Mittit aūt iſta qñ intellectū t volūtatē exercet i diuia ſcptura q̄ docet t ſanat. Amb. Sermo chī medicamētū ē. Hec ille. Si ꝑo ſit i vinculꝰ tribulationū: dz iſtos mittere vt cōſolet. Pſ. Quādulcia faucib meis eloqa tua ſup mel oꝛi meo. Ertū ſit i vinculis religiōis dz mittere vt ꝑfuet. Hiero. Ama ſciaz ſcpturaꝝ: et carnis vicia nō amabis. Hec ille. Nota q̄ Hiero. nō dīc habero: ſed ama ſciaz: q: nō ſufficit ad chm mittere intellectū: ſz oꝑtet mittere affectū. Et ꝑ ſciam ſcpturaꝝ intelligit rem ſcitam ex ſcpturis q̄ docent oēs ꝑtutes: ſed p̄cipue hūilitatē t charitatē. Qui tñ etiā ipſa ſcripturaꝝ eruditiōe vehemēter: licet inaniter leꝛaret eo ipſo a carnalib vicijs remotioꝛ eſſet: ꝑ ipſa exercitatione mitigatus.

Quātū ad ſcām punctū ſciēdū eſt q̄ chīs nō ſtatī eis dedit rñſum: ſz mīꝛos curauit añq̄ ꝓponerēt legatiōez ſuā: eis tñ pñtib. vel ſaltē añq̄ eis rñderet: alioḋn nō potuiſſent renūciare q̄ vidiſſent: ſed tm̄ q̄ audiuiſſent. Vñ Luce. vij. dī. In ipa hora curauit mīꝛos a lāguoꝛib t plagz t ſpīrib malis t ceczꝰ mīꝛz donauit viſū. Deide dixit (Ite renūciate Joānī q̄ audiſtz t vidiſtz: ceci) nō ſubiectiue ſz denoiatiue. i. q̄ ꝑus cecꝰ erāt (vidēt: claudi ambulāt: lepꝛoſi mūdāt: ſurdi audiūt: moꝛtui ꝛſurgūt: paupes euāgelizanꝝ (paſſiue. i. docenꝝ fm dīm Petrū ō ſcala. Vl̄ euāgelizanꝝ actiue vt ꝫ ꝑbū ōponēs ſit fm antiquā grāmaticā vt videꝫ ſentire Hiero. dī. paupes euāgelizāres oñdit. (t brūs ḋ ñ fuerit ſcādalizatꝰ i me) In his verbis fm Hie. ſalūatoꝛ dedit iſtā rñſionē. Ego mīꝛa bñficia exhibeo mōdo: t i meritū coꝝ turpiſſima moꝛte ꝑdēnabor. Hie. acſi ꝓpte dicat. Dira q̄dē facio: ſz abiecta ꝓpter ñ dedignoꝛ. Ex q̄ ꝓz q̄ rñſio chī ꝑ adaptari trib modis ſupdictz exponēdi i terrogatōez Joānis. Nā Amb. diceret q̄ chīs Joānī cōpatīēri t admiranti anmoꝛi vīs ꝑ ſuis inimicz dīgrek: ipe rñdit affirmatiue q̄ oīno moꝛierek: et poſt miracla t doctrinā ḋb efficerek famoſus: qō gul̄ ē q̄ ſimplr moꝛi. Quāto ei erat magz cognitꝰ chīs: tāto habebat ō plib erubeſcere. Chryſ. ꝓo dt q̄ chīs vidēs icredulitatē diſciploꝝ Joānis ñ dixit eis: ego ſū: q: foꝛte nō credidiſſent ſed factz oñdit ſe eē chm: curādo mīꝛos vt dixim⁹. Illa em̄ miracla ꝓbabāt eū eſſe chm filiū dei multiplr. Ꝓzio rōne ꝓphetie. q: iſta miracla t alia ſub ꝓpria forma eſſe fīēda ꝑ chm olim Eſaias ꝑdixit. xxv. c. Deꝰ inḋt ipe vēlet t ſaluabit nos. Tūc apienḋ oculi cecoꝝ t aures ſurdoꝝ patebūt. Tunc ſaliet ſīt ceruus claudus: t apta erit lingua muroꝝ. Et c. lxj. dī. Euāgelizare paupib miſit me loqns. ſ. i ꝑſona chī. Scdo rōne abūdātie. q: nullꝰ ꝓpha tot ſīḡ fecerat. Vñ Jo. vij. dī. Chīs cū venerit nunḋ plā ſīḡ faciet q̄s h facē Tertio rōne modi faciēdi. q: ex prāte t ipio ſuo mīꝛotiēs t nō rogādo faciebat. Quarto ex fine faciēdi. Faciebat ei ea ad ꝓbādū q̄ ſua doctrina ꝓtinebat ꝫtatē. Vñ Mat. ix Vt aūt ſciaz q̄ filiꝰ hoīs hz prātē in tra dimittēdi pcā: tūc ait paljtico: tibi dico ſurge. Licz aūt foꝛte aliq̄ iſtaꝝ rōnū ñ arguāt chīz fuiſſe deū ꝑ ſe ꝑcise: tñ oēs ſīl vl̄ aliq̄ eaꝝ h arguūt: p̄cipue vltima. Cū ḡ iſta miracla fierēt a deo: deꝰ reḋ debāt teſtimoniū doctrie chī q̄ ſe dicebat deū. Aut ḡ illa doctria erat ꝫa: aut deꝰ affirmabat falſū eē vez: qō ē ipoſſibile. Et nota q̄ hac rōne ludei inſolubiliter ꝓincunt. Ipi em̄ ꝛcedūt in libro ſuo q̄ intitulat ō Jeſu nazareni gñatōe q̄ Jeſꝰ nazarenꝰ ſuſcitauit moꝛtuos in ꝑtute nois dñi ꝛerragrāmaton. q: ipſe ſciuit illud oꝑtīe ꝑferre: cū iuenerit illō in ḋā lapide tēpli optime ſcriptū. Et ḋcunq̄ noſſet illā plationē poſſet idem facere: vt dicūt. Rñdit etiā chriſtꝰ iſtis

ꝓbis ſm Chryſ. cū dīc (beat⁹ q̄ nō fue/
rit ſcandalizat⁹ i me) Latēter em̄ iſtos
q̄ i eo ſcandalizabāt retigit. Gre. ꝓo dī
ceret: q̄ chīs affirmatiue rndit Joanni
q̄ ſcz ꝓſonalit̄ ōſcēderet ad iferos. Vñ
alt ex ꝓſona chriſti. Quia ḡ mozlēdo te
ſubſequor. causēdū valde ē hoīb⁹ ne i me
mozte deſpiciāt q̄ ſigna venerant. Hec
ille. Et videt̄ velle btūs Grego. q̄ chīs
fecit argumentū a maiozi ſic. Si mozi
poſt tantā gloziam z miracula facta nō
dedignoz: multo minus ad infernū vi/
ctoz mozt̄is deſcēdere dedignabor.

Allegozice āt ſignificat̄ q̄ iudeis cō
ſulentib⁹ chīm in ſcriptur⁹ ſanct⁹: ipe p
illas ꝓphetias quas videbunt z facta q̄
audient enarrari ſe affirmabit eſſe illū
qui ꝓphete venturū pdixerant.

Anagogice ꝓo ſignificat̄ q̄ chīs ani
mam agoniz̄ntē i mozte ꝓfozrat redu/
cendo ei ad memoriā vl̄ inſpirādo ea q̄
ipſa vidit in vita exempla de miſcōia z
bñficijs ōi: z q̄ audiuit ab alijs maxime
ex libris ſanctis: z ſic eam ꝓſolat̄.

Mozal̄r ꝓo ſignificat̄ q̄ aīa exiſtēs i
pdiz̄ viculis/i diuinis ſcpturis inuenit
qō ḡrebat: vt ex dict⁹ pōt eē manifeſtū.

Quātū ad tertiū ſciendū ē q̄ ſic dicit
Chryſ. diſcipl̄is Joānis ſatisfactū erat
p ſig̃ q̄ videbāt: ſz tñ turbis ſatisfaciēdū
erat q̄ ex ꝓbis Joānis q̄ p diſcipl̄os mi
ſit multa icōueniētia ſubintellexerāt. Po
terāt ei cogitare: vt idē ōt q̄ Joānes cū
Jeſu vellet altercari ex iuidia: vl̄ q̄ eēt
fact⁹ timidioz ex carcere/vl̄ q̄ inaniter
fuiſſet locut⁹ qñ ꝓhibuit teſtimoniū chīo
vel etiā ſm Hila. q̄ id qō pmiſerat de
ſcandalo dictū ꝓp̄t Joānē eſſet. Iō chīs
vult Joānē cōmēdare. Nō tñ erat iſta
cōmendatio fīēda coz̄ diſcipl̄is Joan
nis. Pzio ſm Chryſ. ne videret adula/
toziē loq̄. Scōo ſm alios: q̄ diſcipulos
Joānis ꝓfirmaſſet i ſuo errore q̄ credi
derāt Joānē eſſe chīm. Iō dī (illis aūt
abeūtib⁹ cepit Jeſ⁹ dicere ad turbas ō
Joāne (Sz q̄re chīs nō reprēdit heſita
tiōes turbar̄ z diſcipl̄oꝝ Joānis: ſicut
Matt. ix. arguit iudeos dicēs. vt q̄d co
gitat⁹ mala in coꝛdib⁹ vr̄is? Ad h̄ dicit
Chryſ. q̄ iudei ex malicia peccabāt: iſti
ꝓo ex infirmitate. Est āt ſciēdū q̄ chīs
tria ōt ō Joāne: p q̄ oēm miniſtrā opinio
nē turbar̄ excludere voluit. Pzio em̄ ōt
q̄ nō erat leuis: vt mō vnū/mō aliō di/
ceret. Vñ ſubdit (Quid exiſt⁹ i deſertū
videre) qñ. l. ſm glo. Joānes in deſerto p̄
dicabat (arūdinē vento agitatā?) Gre. i
omel. Nō nō aſſerēdo ſz negādo itulit.
Arundinē em̄ mox vt aura ꝓrigit i ꝓtē
ctera flectit: p quā carnalis anim⁹ de/
ſignat̄ q̄ mox vt fauore vel detractione
tangit̄/in ꝓtē quālibet inclinat̄. Arūdo
ḡ vento agitata Joānes nō erat: quē a
ſtatus ſua rectitudie nulla rer̄ varietas
inflectebat. Hec ille. Scōo ōt/q̄ ñ erat
adulator/vt falſitatē diuiſſe ad cōplacē
dū videret. Adulatoꝛes em̄ iō magna/
tib⁹ adulāt̄ vt fruāt deliciis ciboꝝ z ve
ſtiū. Nā z ab aula adulatoꝛ dī. Vnō vt
narrat Vale. lib. iij. Cū q̄dam diceret
Diogeni olera lauanti. Si Dionyſio
adulari velles/iſta ñ ederes. Ille rndit
Si iſta edere velles Dionyſio adulari
nolles. Joānes ḡ q̄ oēs delicias ꝓtēpſe
rat/nō erat adulatoꝛ. Iōo ſequit (ſed q̄d
exiſt⁹ videre hoiem mollib⁹ veſtitum?)
Quaſi dicat: nō. Hiero. locuſt⁹ veſcit z
melle ſilueſtri: pelli camelor̄ ſūt regmen
el⁹. Hec ille. Vñ ſubdit. (ecce q̄ molli/
bus veſtiunt̄/in domib⁹ regū ſūt) q̄ ſcz
eis fauent z adulant̄. Grec⁹. In carce/
re em̄ detruſus nō fuiſſet ſi ſciuiſſet fa/
uere ꝓncipib⁹. Hec ille. Tertio ōt q̄ fu
it pl⁹ q̄ ꝓpha: ac p conſeq̄ns nō fuit i chīt
cognitōe decept⁹. Vñ ſubdit (ſed quid
exiſtis videre/ꝓphetā? etiā dico vobis:
plus q̄ ꝓpheta) Joānes ſm Greg. plus
q̄ ꝓpheta dī. q̄ chīm nō ſolū pdixit fu
turū vt ceteri ꝓphete: ſed etiā pōt̄ mon
ſtrauit. Sed ſm Hiero. dicit ꝓpter h̄:
z q̄ ſuū dīm meruit baptizare. Scōm
Chryſ. ꝓo q̄ fuit angelus: id eſt nūci⁹
ꝓpinquus chriſto. Nam ſm Greg. ange
lus grece: latine nuncius dicit. Et intē/
dit Chryſ. q̄ fuit nuncius de re pſenti:
z non ſolum de ventura. Vnde dicit q̄
fuit ꝓpe chriſtū: z ob hoc ceteris maioꝛ
ꝓphetis. Vnde ſubdit. (Hic est em̄ ō q̄
ſcriptum est.) ſcilicet Malach. iij. vbi
deus pater alloquit filium dicens. (ecce

Feria.iii.post dñicā.iii.aduē.

te ego mittā angelū).i.ioānē (añ factē tuā).i.ꝑpe te fm Chrys.(q ꝑparabit vīā tuā ante te).i.p̄dicādo t baptizando redder tibi puia auditor cordā. vt dr glo. Dicit aūt ioānes angel⁹ Primo ꝑter dignitatē officij fm Remigiū.qr fuit diuinor annūciator. Angel⁹ em dicit nūcius. Scdo:qr fuit sacdos dñi. Omīs em sacerdos angel⁹ dei exercituū est. Malach.ij. Tertio rōne puritatis fm Chrys.qr scz vitā angelicā duxit. Alij dicūt eū esse pluscꝫ ꝓpham.nō qr fuit angel⁹:sed qr ꝓpheauit de chō: t alij ꝓphete ꝓpheauerūt de eo: t ad hoc ꝓbandū dicūt chm adduxisse auctoritatem Malach.iij. Vel fm alios:qr non p̄dixit chm futurū:sed p̄sentē monstrauit. Et ad hoc fm eos chs adduxit illam auctoritatē. Chs igit fm Chrys.arguit sic. Fuit pluscꝫ ꝓpha: qr fuit angel⁹. fm alios aūt sic. Fuit pluscꝫ ꝓpha:quia ꝓpheta⁹ fuit. Et fm alios:qr chm digito mōstrauit. De hoc aūt vide etiā infra dñica q̄rta aduētus. Allegorice: postq̄ fuerit satisfactū p diuinas scpturas discipulis ioānis.i.intellectui t affectui hebetior:qñ.s.iste ꝓphs chm suscipiet t amabit:tūc istemet ꝓphs erit tanto ꝓfectior:vt merito a chō possit cōmendari de firmitate i fide:t ō pñtia t scia scpturar. Vñ apls Ro.xj. Sz illor.s. iudeor delicto:sal⁹ est gētib.s.occasionaliter:inq̄tū ex hoc apli relicta iudea trāslerūt ad cōuertendū gētiles.vt illos scz gētiles:emulent scz iudei: q si defectū diuitie sī mūdi occasionalr t diminutio eor.i.pauci viri.s.apli diuitie gētiū:q̄to magꝭ plenitudo eor:qñ scz oes ad dñm conuertent. Anagogice. Post q̄ diabol⁹ egressurā aiam in agonia cōstituerit:chs laudat eā p se/vel p angelos.i.facit vt opa bona et laudabilia q̄ exercuit/adducant in iudicio cōtra mala obiecta. Vñ dr Dan.v. Appēsus es i statera:t inuētus es mīn⁹ habēs. Ubi de malis intelligit. Boni em hñt satis vel pluscꝫ sit necesse ad mori in gra:t si nō ad statim euolare aliq̄n.

Moraliter instruimur: Prio q aniaꝫ liberē debz velle cōsulere diuinas scpturas legēdo vl audiēdo ꝙbū dei:qr vt exemplaria docet:tales cōiter sunt veri margarite t laude digni. Scdo vt discat Hiero.rigidā vestem/t austerā p̄dicationē:vitare debere aulas regū vl mollium hoim palatia declinare. Hec ille.

Tertio instruimur de cultu vestium. Grego.in hom. Nemo existimet in fluxu t studio pciosar vestiū petm deesse:qr si hec culpa nō esset:nullo modo dñs ioānē de vestimēti sui aspitate laudasset:t nequaq̄ Petrus feminas a pciosarū vestiū appetitu cōpesceret dicēs. Nō in veste pciosa. Hec ille. Verba tñ ista sīt intelligēda q̄n est notabilis excessus: aliter em non pōt dici vestis pciosa cōparatiue ad ꝓionā que ea vtit

Feria q̄rta post dñicam.iij.aduentus. Textus euāgelij Lu.i.

Q Issus est angelus gabriel a deo in ciuitatē galilee: cui nomē Nazareth: ad ꝙginem desponsatā viro cui nomē erat Joseph de domo Dō: et nomen ꝙginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue grā plena dominus tecū bñdicta tu in mulieribus. Que cū audisset: turbata est in ſmone eius: et cogitabat q̄lis esset ista salutatio. Et ait angel⁹ ei. Ne timeas maria:inuenisti em gratiā apō deū. Ecce cōci.t pa.filiū: et vocabis nomen eius iesum. Hic erit magn⁹ et filius altissimi vocabit. Et dabit illi dñs deus sedem Dauid patris eius: et regnabit in domo Jacob in etermū: et regni eius nō erit finis. Dixit aūt Maria ad angelū:quō fiet istud qm virum non cognosco. Et rndens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te: et ꝙtus

altissimi o būbrabit tibi. Jōocz
z quod nascēt ex te sctm vocabi
tur filiꝰ dei. Et ecce Helisabet
cognata tua et ipa cōcepit filiū
in senectute sua: z hic mēsis est
sextꝰ illi q̄ vocat sterilis: qz non
erit ipossibile ap̄ deū oē ꝟbū.
Dixit aūt Maria. Ecce ancilla
dñi: fiat mihi ſm ꝟbum tuū.

QJssus est angelus ga
briel zc̄. Luc. j. In ꝓsenti
euāgelio q̄ttuor pūcta tan
gunt. q̄ dicunt salutatio: p
turbatio: infrogatio: rnsio.
Quantū ad ꝑmū sciendū est q̄ ea q̄ in
ꝟsenti euāgelio scribunt/ fuerūt gesta se
xto mēse a zceptione ꝑcursoris: vt ꝑus
dixerat euāgelista: z infra dicet angel⁹
Fuit āt Ioānes zcept⁹ circa finē septē
bris: vt tradūt scti. iō chīs vt ōt magr
histo. z Beda fuit zcept⁹. xxv. die mar
cij: z eadē die passus reolutꝫ. xxxiij. an
nis ſm eūdē magi. z. xxv. decēbris nat⁹
ꝫ eūd. Be. Querit ꝑo q̄re dñs volue
rit tali tpe nasci in vko. i. zcipi z mori.
Et rndet Nico. gorra: q̄ sic voluit ꝑmo
ꝑter mūdi in illo tpe creationē. s. vt eo
tpe recrearet q̄ fuerat creat⁹. s. ſm coio
rem opinionē quā iste ꝟ videt seq̄. Se
cūdo ꝑter solis ad nos reuersiones: qa
tūc timentib⁹ deū ozrus est sol iusticie.
Malach. vlt. Tertio ꝑter noctꝫ dimi
nutōem z diei augmētatōez. qz tūc au
cta est dei cognitio Rom. xiij. Nox pre
cessit/ dies aūt approp̄inquāuit. Quarto
ꝑter tpis dulcedinē: qz tūc stillauerūt
mōtes dulcedinē zc̄. Amos. ix. Quito
ꝑter auiū modulationē: q̄ in vere inci
piūt gaudere: sic tūc gauisi sūt scti. iu
xta illō Esa. ix. Letabunt coz̄ā te. Se
xto ꝑ illi⁹ tpis sctificationē/ q̄ magis
indigebat q̄ aliud: qz est magꝫ dissolu
tū. vt vbi solet abūdare delictū/ supa
bundet z gra. Ro. v. Brā aūt ꝟgo tūc
fuit annoꝝ. xiij. qñ scz eā Gabriel salu
tauit. Nam sic tradūt histo. z Epipha
nius q̄ttuordecio anno zcepit: z in q̄n
decimo pepit chīm: z cū eo fuit. xxxiij. z
ſm cundē Epiphaniū post eī⁹ passionez
xxiij. supuixit. Vel qō ꝓbabili⁹ est ſm
alios duodecim tm̄modo. vnde z sexa
genaria mortua est. Querit aūt sctūs
Tho. iij. ꝑte. q. xxx. vtrū necessariū fue
rit annūciari ꝟgini a deo qō in ea futu
rum erat: Et zcludit q̄ sic. Primo: vt
saluarēt ozdo: vt. s. ꝟgo ꝑus mē
te q̄ corꝑe deū zciper: cū ꝟ sit lōge me
lius ſm Aug. li. de ꝟgini. Scōo vt ipa
certior testis esset. Tertio vt volūtarie
se ad obsequiū offerret: dicendo. Ecce
ancilla dñi. Quarto vt oñderet matri
monii spūale fieri int̄ deū et humanaz
naturā: dum expectat ꝟginis zsensus.
Debuit aūt ista annūciatio p̄ angelū
fieri vt ibidē ōr. Prio qz hoc zuenit di
uino ordini: q̄ ōs reuelat infimis p̄ me
dios. Nec tñ sequit ex ꝟ q̄ esset edocen
da p̄ virū: qz ei nō erat subiecta eo q̄ eī
integritate pepit: iō ꝑus fuit edocta q̄
Joseph. Et scōo ꝟ conuenit hūane repa
rationi. vt sic ꝓma ꝓditio fuit diabolo
ad mulierē mittēte serpentē: ita repara
tio fieret deo ad ꝟginē mittēte angelū.
Et tertio cōuenit ꝟ ꝟginitati Marie:
qz ſm Hieroñ. sp est angelis cognata
ꝟginitas. Existimāt aūt q̄dā istū ange
lū fuisse de sūpmo angelor̄ ordie. i. che
rubin: eo q̄ Greg. dicat sic. Ad ꝟ q̄ppe
mysteriū summū angelū venire dignū
fuerat: q̄ sūmū oim nūciabat. Hec ille.
Sz vt ōt s. Tho. vbi s. ex ꝟ non habet
q̄ fuerit sūmus int̄ oēs/ sed solū int̄ an
gelos: qz fuit archangel⁹ vt eccl'ia can
tat. Et etiā Greg. ōt q̄ archangeli sum
ma nūciant. Et sublūgit sctūs Tho. q̄
credibile est q̄ int̄ archāgelos fuerit sū
mus. Debuit aūt ꝟgini sub corꝑali spe
cie appāre ſm s. Tho. vbi s. qz ꝟ zue
nit rei nūciare. s. vt ista visio zformaret
visibili ōi appitiōi in carne: ad quā oēs
ꝓpones appitiones visibiles fuerāt ordi
nate. Et etiā cōuenit dignitati ꝟginis
vt mente z sensib⁹ ꝟsione angelica frue
retur: q̄ mente z corꝑe fuerat dñm susce
ptura. Et etiā certitudini eī⁹ qō nūcia
batur: qu'a certi⁹ apphendim⁹ q̄ oculis
subiecta sūt: q̄ q̄ imaginamur tm̄mō.

Feria.iiii.post do.iii.aduen.

Sed q̄re chr̃s genitrice suā nō appellauit materno nōie? Dico q̄ bta virgo tanto amore ferebat in filiū q̄ interduz debilitabat in corpe. Quod filius sciens a ꝙbis dulcib⁹ interdū cauebat: ideoq̄ eam hic appellauit mulierē:ne dulcedine ꝙbi materni alterarek: z sic in cruce posit⁹ ne crepuisset.(Dixit mater eius ministris:qđcūq̄ dixerit vob facite)q̄si diceret fm Bedā. Licz videak negare qđ petit tū faciet.(Erāt aūt ibi lapidee hydrie sex) Hydria ꝓprie ē vas aquatilē fm Bedā:dicta ab hydor grece qđ ē aqua latine. Et tōo ex h:sic dic Chrys. collit omis suspitionis occasio. Si em̄ illa vasa ꝑus ꝓtinuissent vinū. posz qs suspicari q̄ pauꝫ vini remānisset:z illō sa porē aliquē dedisset aque:qđ tū fuit ꝓsibile i vasis aqueis z in tanta aque mltitudie. Ideo ponit numer⁹ vasoꝝ z q̄ntitas eoꝝ infra(posite fm purificatiōnē iudeoꝝ) Iudei de facili ꝓtrahebāt quasdā īmūdicias seu irregularitates legales:vtputa ex tactu anialis mortui q̄ plerūq̄ aquaꝝ lotiōe mūdabant. Illa aūt regio. i. palestina inaquosa est.vt dic Chrys. Et ideo in ꝙuis parabāt aquā in hydrijs vt possent se lauādo ab illis īmundicijs purgare.(capiētes singule metretas binas vel ternas) .i.alie capiebant binas z alie ternas. Vel fm glo.h ꝙbū est existimāt⁹ z nesciēt⁹ si singule caperēt binas vel ternas. Metreta aūt ē q̄dā mēsura dicta a metron qđ mēsura est. Hui⁹ q̄ntitas diuersimode a diuersis tradit:ſz veri⁹ est vt dicam⁹ q̄ de mēsuraꝝ q̄ntitate nihil certū habemus:q: fm tpa z regiōes variant. Alii cubi tū metreta est onus muli vni⁹ (Dicit eis).i.ministris(Jesus:implere hydrias aqua)fm Chrys.iubet ministros īplere hydrias:vt sint miraculi testes. (z ipleuerūt eas vsq̄ ad sūmū)z subaudi statim i vinū ꝙuersa est. Sz h̄ solet q̄rī.vtrū illō vinū esset albū vel nigrū. Et cōiter ꝙsuevit rñderi:q̄ erat nigrū vt miraculū appareret nō solū fm saporē:ſz etiā fm colorem.qđ euidēt⁹ fm nigrū q̄ fm album fit. Et h̄ videt sentire eccl̄ia q̄ cātat:aq̄ rubescūt hydrie. Jsta tū ñ cogūr. Nam ad ꝑmū dicerek: q̄ nō optz miraculū ee euidētissimū: ſz sufficit ee euidēs taliter vt nullus ambigat:qđ potuit ee fm saporē solū:z fm saporē et colorē vini albi q̄ a colore aq̄ distinguit cōiter. Ad scām dr̃. Prio q̄ illa autoritas est ad oppositū port⁹ q̄ ad ꝓpositū:q: nō dic q̄ hydrie ruberēt:ſz q̄ rubescerēt. i. incipient tendere ad rubedinē:qđ ꝑprie eis ꝙuenit rōne color⁹ vini albi. Scdo q̄ cā metri sic dictū ē:rubescūt:acsi dicak colorē vini sumūt q̄ vt plurimū ē rube⁹. Vñ z vinum sanguis dicit vue. Quidā ꝙo videt tenere q̄ fuerit albū. Nā architriclin⁹ illō ñ ꝙgnos-

usq; donec gustauit. Un̄ ōr Hugo cardi
nalis. q; credebat eē aquā id qō erat fa
ctū vinū. Sz neq; ista rō cogit: qz ī euā
gelio nō hī q; ille coguerit eē vinū añq;
gustasset: sz q; post gustū coguit illō esse
vinū bonū. i. meli⁹. Hugo āt dictū suū
nō pbat. Et reuera circa h̄ videt teneni
dū q; fuerit nigrū. ꝓt rōnes p̄dictas q̄
sz sint solubiles: rn̄ sūt pbabiles z rursū
qz fm doctrinā medicoꝝ oib⁹ cōputatz
vinū nigrū simpl'r est meli⁹ albo: vn̄ vi
nū nigrū dr vinū simpl'r: qz vinū simpli
citer appellat sanguis vue: vt ptz Gen̄.
xlix. Chr̄s aūt fecit vinū optimū inf oia
q̄ vnq; pduxerit natura: qz sic̄ ars nō pr
attingere ad pfectōez nature i opando
ira nec natura deū pōt imitari pfecte i
operib⁹ suis: vt dicēt. Et q̄uis z ad hoc
possit dici q; chr̄s fecit optimū vinum nō
simpl'r: sz in genere suo scz nigri vl albi
rn̄ ꝓsilit est q; fecerit optimū simpl'r. i.
nigrū: seu declinās ad nigredinē: z tāto
magis q̄nto i regiōe illa vina cōiter sūt
alba: qz ceteris paribus rariora sūt p̄cio
siora: z a fortiori si rariora etiam sint i
rei ꝓitate meliora: vt in ꝓposito. Si em̄
nō declinasset ad nigredinē eccl'ia non
vtereꝰ illo ꝓbo: rubescūt: qz vinū albū
nō rubescit: sz flauescit. Hic etiā q̄rit
Chrys. Quare nō creauit vinū: qō ē si
gnū maioꝝ potētie: q̄ vinū ex aqua fa
cere? Et rn̄det assignādo duas causas.
Pria est: qz sz illō sit maⁱ nō tn̄ est cui
dēs z credibile m'tz: iō hūane capacita
ti ꝓdescēdēs pori⁹ ex aqua q̄ ex nihilo
fec̄ vinū. Alia ē vt ꝓfūdat erroꝝ Ma
nichei z Marciōis: q̄ dixerūt diabolū
esse oim visibiliū creatoꝝ: deū aūt bo
nū nō nisi inuisibiliū. Si em̄ h̄ eēt vez:
chr̄s nō fuisset vsus visibilib⁹ creaturis:
qz in h̄ apparuit filius dei: vt dissoluat
opa diaboli Joā. iij. Sz vltra has rō
nes s. Tho. addit tertiā mysticā: vt sz
chr̄s oñderet se nō ꝓdere nouā doctrinā
veteri reprobata: sed implera: dū qō il
la figurabat z pmittebat: ipe exhibuit.

Doceat'r docemur qm̄ aliqñ aliq̄d a
chr̄o petim⁹ q; tūc ñ dat z tn̄ postea da
bit ꝓpter aliquē bonū respectū: sic̄ dure
visus est rūdere matri cuius tamen pe
titionē fec̄. Aug. Quedā petita nō ne
gant: sed vt cōgruo denf rpe differunt.
Hec ille. Jrē instruimur vt q̄cūq; iusse
rit deus faciam⁹: nihil discepātes ō eo
qō iusserit exemplo istoꝝ ministroꝝ.

Quārū ad tertiū sciēdū est q; ꝓuersa
aqua in vinū (dixit eis). s. ministris (Iesus
Hauirte nūc) q̄si diceret: q; ē hora opor
tuna (z ferte architriclino) Sciēdū est
aūt vt ex ōcursu diuine scripture ptz z testat
scrūs Tho. q; antiq; solebāt cōmedere
i lectz: vn̄ comedētes i scriptura dicunf ac
cūbere vl recūbere. Et inde scamna q̄b⁹
ad mēsas sedem⁹ lecti dicunf siue thoꝝ.
Et inde loc⁹ hūs tres ordines mēsaꝝ et
scamnoꝝ: vt refectoria religiosoꝝ dicit
triclinia ū a tris. i. tres: z cline. i. lect⁹ vel
thoꝝ. Dr ḡ architriclin⁹ a trib⁹ dictio
nib⁹ q̄ sūt/cline/z tris. z archos ꝓnceps.
vl ꝓncipal. Inde architriclin⁹: ꝓnceps
triclinij. Fuit em̄ iste fm Alchuinū ꝓ
mus inf ꝓuuas: vtputa aliq; ex sacer
dotib⁹ iudeoꝝ: vt q̄dā opinant. Sed fz
Chrys. fuit is q̄ ꝑerat conuiuio q̄ adhuc
erat ieiun⁹: iō dn̄s voluit q; iudeꝝ eēt vi
ni. (Et tulerūt). i. portauerūr obedien
tes. Sz q̄re nō mādauit eis vt dicerent
Architriclino: q; ipe aquā mutasset i vi
nū: Rn̄det Chrys. q; ad hūlē nō ptinet
sua facta gl'iosa narrare. Habet ei hoc
supbie specie (Ut aūt gustauit). i. stati
post q̄ gustauit: (architriclin⁹ aquā vi
nū factū). i. ꝓuersū i vinū (z nō sciebat
vn̄ eēt) q̄d addit ne credaf aliq; ficto ex
pte architriclini cōmēdās vinū: (mistri
aūt sciebāt q; hauserāt aquā) vn̄ veracit
ꝓpt⁹ oculis viderāt aquā purā i vinuz
ꝓuersam (vocat sponsam architriclin⁹)
scz ignorās virtutē miraculi z admirās
suauitatē vini. Vocat inq̄ vt ipz argu
at vel vt veritatē inq̄rat (z dic̄ ei. O is
homo) fm cōsuetudinē generalē (pmū)
. i. in ꝓncipio ꝓuuꝫ q̄n sensus sunt ex ie
iunio viuaces ad discernendū (bonū vi
num ponit: z cū inebriati fuerint). i. cū
m'tū potauerint: tūc supple ponit vinū
(q̄d deteri⁹ est) qz vini deteriorīras nō
ira ꝓcipit infecto palato: et quia vt dic̄
scrūs Tho. minus bibunt: z qz vinū bo
nū in q̄ntitate sumptū cū q̄ntitate cibi

nimis ḡuat:vt ỏt idem (Tu aũt) ꝓtra ḡñalem cõsuetudinẽ ⁊ ꝓtra rõnẽ (fua) iti vinũ bonũ).i.melꝰ (vſq; adhuc).i. vſq; ad hãc horã q̃ ſumꝰ in fine cõſuꝝ. Nunq̃ fuit in natura vinũ iſto ꝑcioſꝰ: qz nunq̃ agens inferius equak ſuperiori. Tria aũt ſit agẽtia ſubordinata.ſ.ỏs: natura:⁊ ars:ſic dictũ eſt. Jõ ſic ars nũq̃ põt eq̃ri nature / ſed illã imitak vt poteſt: vt ꝓz.qz roſa artis nunq̃ eſt eq ꝑfecta vt roſa nake.ita natura in ope ſuo nũq̃ põt eq̃ri deo. Et ſic ỏt Chryſ. ḧ eſt ḡñale in oib⁹ miraclis chr̃i:q; t̃mi nauk ad aliq̃d ꝑfectꝰ q̃ poſſit natura cauſare. Nunq̃ em̃ natura poſſet dare ita clarũ ⁊ acurũ viſum: ſic ipe dedit ce co nato: ⁊ nunq̃ fecit vinũ ita bonũ ſic fuit iſtõ (ḧ fec̃ initiũ ſignoꝝ ieſus a cana galilee. (Jſta ỻba exponũk a diuerſis diuerſimode: Prio ſic. Hoc fecit initiũ ſignoꝝ in publico.ſ.qz alia fecerat i ꝓuato. ſic creationẽ/vl miraculoſaz formationẽ ſtelle:⁊ vocationẽ magoꝝ. Vl ſcõdo:qz hoc fuit ꝑmũ ſignũ ad manifeſtationẽ ſue gl̃ie. Nã q; ſtellã creauit:et q; idola egypti corruere fecit:nõ ita manifeſtauerũt eũ eſſe deũ: qz nõ fuerunt ita nota ⁊ publica/vt mlt̃ cõſtaret hec eſſe ab illo. Vel hoc fuit ꝑmum in cana galilee:qz ĩ alibi fecerat alia: ſic in baptiſmo ⁊ in ieiunio. Et iſtũ ſenſuz ꝓtendunt ỻba euãgelij. Nã dicit euãgeliſta q; ḧ fecit initiũ ſignoꝝ ieſus in cana galilee nõ abſolute ⁊ vniuerſal'r. Sz i.iij. ꝓte.q.xliij. ỏr s. Tho. q; chr̃s nõ debuit ꝑ miracula ſua deitatẽ ⁊ doctrinã aſſerere ante ꝑfectã etatẽ:q̃ eſt.xxx. annoꝝ. Nã añ iſtõ tps nõ ꝑtit docere ꝫz ſcos Nec ertã manifeſtari debuit deitatez: qz fuiſſet decredita hũanitas. Vñ renz ibi s. Tho. ⁊ ſil'r ſup Joã. q; cepit facere miracla in nuptijs. Sz ḡtũ ego capio ĩ hac re iſta eſt ſnia ſ. Tho. Primũ miraculũ qõ chr̃s fecit publicũ ⁊ ad publicandũ deitatẽ: ⁊ ꝑfirmãdã doctrinã ſuã fuit iſtõ. ⁊ hãc ſniam tenet magi. hiſto. Vel poſſumꝰ dicere ⁊ redit in idez: q; licz añ pñs miraculũ ỏs fecerit multa miracla in chr̃o ⁊ circa chr̃z: tñ ꝑmũ qõ fec̃ ỏs ꝑ chr̃m fuit iſtõ (Et manifeſtauit gl̃iam ſuã).i.latentẽ deitatẽ: ⁊ hoc ḡtũ in ſe fuit ſm Chryſ. Iz mlt̃ tũc illã nõ coḡuerint. Vel gl̃iam ſuaz ſm ſcm Tho.i.potentiã ſuã q̃ eſt gl̃ioſus. (Et credidert in eũ diſcipli eiꝰ) Sz Aug. de ꝓſen.euã. ḧ mouet qõnẽ. Si em̃ tũc credidert in eũ:quõ erãt diſcipli q̃n ſũt ad nuptias vocati:⁊ Et ſoluit idẽ q; diſcipli fuert vocati/ñ q; diſcipli eẽnt rpe inuitatiõis :Iz qz futuri erãt. Nõ eſt ãt itelligẽdũ ſm hãc expoſitõez Aug. q̃ ert eſt s. Tho. q; tũc nullo mõ eẽnt diſcipli vel a chr̃o vocati:qz iam mlt̃os vocauerat.ſ. Andreã: Petrum: Nathanaelẽ: Philippũ: ⁊ vnũ aliũ.Iz dõm eſt vt coĩter ỏr:⁊ ỏt magi.hiſto. q; mlt̃i eoꝝ fuerũt tribꝫ vicibꝫ vocati a chr̃o:q̃z vocati onũ due vel vna videnk fuiſſe poſt has nuptias:nõ aũt ꝑma. Prio em̃ ſt vocati ad chr̃i noticiã:de q̃ vocatiõe hr̃ Joj.vbi habek q; duo ex diſcipl'is Joãnis audiẽtes eũ dicentẽ de ieſu: Ecce agn⁹ dei:q̃ſierũt locũ vbi maneret:⁊ mãſert apud eũ die illo ⁊c. Scõdo ad chr̃i familiaritatẽ:qñ.ſ.turbis irruẽtib⁹ aſcendit in vnã nauez q̃ erat Simonis :⁊ capta mlt̃itudine piſciũ/vocauert ſocios.i.iacobũ ⁊ ioãnẽ.vt ꝓz Lu. iij. Tũc em̃ ſecuti ſunt eũ: ſed tñ ad ꝓpria redierũt ſm aliq̃s. Tertio ad chr̃i diſcipulatũ: ſicut q̃n ambulans iuxta mare galilee vocauit eos de piſcatiõe di. Venite poſt me ⁊c. vt ꝓz Mat. ij. Tũc em̃ vocauit Petrũ ⁊ Andreã: Jacobũ ⁊ Joãnem: ⁊ ſecuti ſũt eũ pſeuerank. Quãuis dicl poſſit q; adhuc nl's eſſet vocatꝰ, ſic innuit Magi.hiſto. Et q; ioãnes ꝑmittit nuptijs vocatiõez aliq̃z: intelligik anticipatiue dictũ. Sed ꝑmũ eſt vertꝰ. Vel ſic exponit s. Tho. credidert tũc in cuz lic̃ in vez deũ/qõ ante nõ fecerant:ſed credidert ei tanq̃ viro bono/⁊ ꝑdicanti ſana ac iuſta. Vl credidert viſo miraculo:magis q̃ ante ſine miracl'o credidert ſolo ioãnis teſtimonio. Allegorice ex Aug.⁊ Be.⁊ Alchui.ſcẽdũ eſt q; ꝑ vinũ itelligik ſcpturaꝝ ſenſus Be. Apparẽte dño in carne : vinoſa legalis ſenſus ſuauitas paulatim cepat. ob carnalem phariſeoꝝ interpratiõez a ꝑſtina ſua ỻtate deficere, Hec ille. Et deficiente ḧ vino chr̃s fecit ex aq̃ vinũ: ſm

Aug. qñ aput illis sensuz vt intelligerēt scripturas. Sic eñ sapit z inebriat: q̄ ne q̄ sapiebat neq̄ iebriabat. Nihil ei sapit diuina scptura/ nisi in ea intelligat chīs. Sex hydrie fm eundē sunt sex etates in quib⁹ loquit lex z pphetia: que sex etates int istos tminos coputant: q̄ sūt Adā/ Noe/ Abrāā/ Dauid/ Transmigratio babylonis/ Joānes baptista/ finis mūdi. Jmpleri aūt hydrias fm eūdem est ipleri pphias. Et fm Alchuiñ. ministri sunt doct. noui testamēti. Architriclinus aūt est aliq̄s pncipalis int

Dorat' ista aq̄ scat lasciuiā (eos. iuuenilē: que debet nuptiaz tpe cōuerti in vinū bonū z deo gratū. t. vsuz matrimonij licite z fideliter obseruatū. Debet in q̄ cōuerti q̄tum ad subam: vt iā non sit in ope. z q̄tum ad saporez: vt iā non sit in voluntate. z q̄rum ad colorē: vt iam nō sit in malo exēplo. Non enim debz cōiunx familiaria colloq̄a habere cum psonis suspectis.

Dñica. ij. post octa. Epiph. Textus euāgel'. Matt. viij.

Cum descēdisset Jesus de mōte: secute sunt eū turbe multe. Et ecce leprosus veniēs: adorabat euz dicēs. Dñe si vis: potes me mūdare. Et extendēs iesus manū tetigit eū dicēs. Volo: Mūdare. Et cōfestim mundata est lepra eius. Et ait illi iesus. Vide nemini dixeriz: sed vade ostēde te sacerdoti: et offer munus qđ pcepit moyses i testimoniū illis. Cuz aūt introisset capharnaū: accessit ad eū Centurio rogans eū z dicēs. Dñe: puer meus iacet in domo paralytic⁹: z male torq̄t. Et ait illi Jesus. Ego veniā z curabo euz. Et rūdens Centurio ait. Dñe: non sum dignus vt intres sub tectū meuz: sed tm̄ dic verbo et sanabit puer meus. Nā z ego hō sum sub pōtate cōstitutus habēs sub me milites. Et dico huic: vade z vadit: z alto veni et venit. et seruo meo fac hoc: z facit. Audiēs aut iesus mirat⁹ est: et sequētibus se dixit. Amē dico vobis nō inueni tantā fidē in isrl'. Dico aūt vobis q̄ multi ab oriēte z occidente venient: z recūbent cuz Abrāā z Jsaac z Jacob in regno celoz. Filij aut regni eicient in tenebras exteriores: ibi erit fletus z stridor dentiū. Et dixit iesus Centurioni. Vade: z sicut credidisti fiat tibi: Et sanatus est puer in illa hora.

Cum descēdisset iesus de monte z. Matt. viij. In pienti euāgelio tanguntr tria pūcta q̄ sunt Emūdatio Supplicatio: Exauditio. Quātū ad pmum sciendū est fm Hiero. q̄ chīs in mōte docuerat z pmulgauerat legē euāgelicā: ideo volebat eā cōfirmare miraculis: q̄ p naturalē rōnē pbari nō pōt. Dicit g̃ (cum descēdisset iesus de mōte) in q̄ discipulos docuerat (secute sunt eū turbe mlte) alīq̄ pp̄t deuotionē z doctrine suauitatē: Alīq̄ pp̄t curiositatē: vt. s. audirēt noua z viderēt miracula. Alīq̄ pp̄t inuidiā vt ei insidiarēt: cuiusmodi erāt pharisei. Alīq̄ pp̄t infirmitatē vt sanarent: sic iste leprosus dē q̄ sequit. (Et ecce leprosus veniēs) q̄ sez in mōtē ascēdere nō valebat: fz Chrys.

Sciendū p̄o vt ōt Chrys. q̄ dns post sermonē in mōte factū facit miracula sanādo/ vt doctrinā cōfirmet: z p̄mo sanādo leprosum deorsum post descēsum: vt pceat legē euangelicā datā in monte fm Augu. sup̄ legem moysi esse/ que leprosum excludit. Vel p̄mo sanat iudeū leprosuz: z scōo suum Centurionis gētilē: z tcio socrū petri: in signū q̄ p̄mi credē

res fuerūt iudei/deinde gētiles:z vltīo tiui sz impatiui modi:z ē pncipiū ꝓl⁹:
relicte credēt iudeoꝝ. Jn signū cui⁹ mis sic q̄ ille due dicōes. Volo:Mūdare:
sa incipit i dextro cornu altarꝫ:z i euan sūt ꝓtualit duo ꝓsus:siue due sentētie.
gelio tēdit ad sinistrū:z tādem reuertit Quia ēm ille dixerat:si vis:dixit. Vo
ad dextrꝫ(Adorabat eū dicēs) Adora lo:z q̄ dixerat:potes me mūdare:dixit:
tio mlcipl⁹ sumit. vt ptz.iij.pre.q.xxv. Mūdare:(z cōfestim mūdata est lepra
Est ēm adoratio latrie q̄ aliq̄d venera ei⁹) Est aūt sciendū/q̄ pcepta veteris
mur:sic pncipiū oim rex:z ista soli deo legꝫ cerimonialia vsq̄ ad chīi passiōez
quenit. Est z adoratō dulie:q̄ adoram⁹ durauerūt. Jdeo chīs illa suauit z sua
creaturas rōnales excellētes:q̄b⁹ cōicat ri mādauit alijs. Erat aūt scptū in lege
diuia excellētia/aut rōne regimis/aut Leuit.xiij.q̄ mūdat⁹ a lepra nō debe
rōne scritatꝫ. Et isto mō sept⁹ legunt ēt bat restitui ad cōem habitatiōtz hoim
scri adorasse reges: sic Nathan adora nisi ꝑ⁹ iudicaret mundat⁹ ꝑ sacerdotꝫ
uit Dauid. Est z alia adoratio q̄ ē spēs iudiciū:z facta oblatiōe dño ꝑ sua emū
dulie:z hyperdulia dī:q̄ adoram⁹ rōnales datiōe. Sedt g̃(z dixit illi iesus:Vide
creaturas habētes spūalē vnionē z rō nemini dixerꝫ)supple te ee mūdatū:scz
nalē ad deū:vt b.ꝓgine.ij.ij.q.ciij. Jste añq̄ pegerꝫ q̄ i lege iubent.fm Chrys.
aūt leprosus fm Chrys.sup Mat. ado z iudicio sacerdotꝫ dñudicerꝫ mūdat⁹:
rauit chīm latria:q̄ cognuit eū esse deū ad quē ptinet sic iudicare:ne sacerdotes
vt mānifestat:cū ōt(Dñe si vis potes me audiētes eū tactu sanatū: odio chīi re
mūdare)acsi dicat fm Orige. Dñe oia pelleret illū. Sz fm Chrys. i homel.h
ꝑ te facta sūt.tu g̃ si vis potes me mun ōt vt discam⁹ ꝓprias laudes ñ q̄rere: sic
dare. Volūtas ei tua opus ē:z opa tue alij iussit vt diceret q̄nta fecisset ei de⁹
volūtati obediūt.hec ille. Et ex Chry. vt discam⁹ q̄rere gl'iaz dei. Vl'fm Ra
cū ē t:si vis:nō dubitat q̄n chīs velit ōe ba.vt doceret nō ee vulgāda nra būfi
qō bonū est:sz dubitat an sibi expediat cia. Vl'fm eūdē:z Hiero.q̄ ipm factū
curatio.(Et extendēs manū tetigit eū se sufficiēter ōclarabat. Sed restat du
dicens)Cū aūt posset solo ꝓbo curare: bium:q̄ iste tenebat obedire chīo:z nō
voluit eū tāgere:vt oñderet manū suaz approbat:vt videt a b. Marco.j.c. di
esse diuinatis organū. Et fm Chrys.vt cēte:q̄ vbiq̄ diffamauit eū. Ad h̄ dicūt
oñderet se ee supra legē q̄ leprosū tāgere q̄dā q̄ triplex ē.dñi pceptū.s. Primū ad
phibebat. Vñ z Helise⁹ nō tetigit Na creandū:vt illō Exo.xx. Honora ꝑem
aman. Et licz fm q̄ ōt idē Chrys. chīs tuū ze.et Scōm ad pbādū:vt pceptum
videret facere ꝫ ꝓba legꝫ: nō ñ faciebat Abrae de occisione Jsaac. Gen.xxij.et
ꝫ intentiōez ei⁹:q̄ lex phibuit h̄ ne tan Tertiū ad instruēdū:vt istō:p q̄ chīs
gens inficeret. Hō erat g̃ phibitū ei q̄ voluit nos istruere ō his q̄ sup dicta sc.
tangēdo curaret. Vñ z Helias z Heli Jn pmo ē volūtas diuina ō act⁹ imple
zeus tetigerūt mortuū ad suscitādū. vt tiōe.z in Scōo de ppatiōe ad implēdū
ptz.iij. Reg.xvij.z.iij. Reg.iiij. Dicit Vñ Amb.li.de patriar.ptractās illō:
aūt sctūs Tho.j.ij.q.ciij.ar.ij.ad q̄rtū. ne extendas ze.dic Affectū inq̄siuit nō
q̄ tact⁹ leprosi erat i lege phibit⁹:q̄ ex facti exegit:z i Tertio ē solū respectu
eo icurrebat hō q̄ndā imundiciā irregu alicui⁹:q̄ erat i illo pcepto: puta exem
laritatꝫ:sic ex tactu mortui quā incurre plū humiliratꝫ vt latere velim⁹. Et ista
re nō poterat leprosi mūdatos chīs. Vl' ꝓmonāt scrō Tho.ij.ij.q.ciij.art.iij.ꝓ
fm Chrys.vt indicet mūdo nihil esse i mū sic dicēti in silī. Dñs ecclis dixit vt
mundū. Vel fm Orig.z Rabanū.teti miraculū occultarēt.s. Matthei.ix. nō
gīt ꝓpter būilitatē vt doceret nullū de q̄si intendēs eos ꝑ ꝓtē diuini pcepti
beri sperni. Vel fm Raba. vt oñdat se obligare:sed sic dic Grego.xix. moral.
nō hīe corp⁹ phantasticū. (Volo:Mū seruis suis exemplū dedit vt ipsi q̄dem
dare)fm Hiero.ly mūdare nō ē ifini virtutes suas occultare desiderēt:et tñ

vt alij eoꝝ exemplo pficiãt pdant etiaꝫ multi. Hec ex illo. (Sꝫ vade ostende te sacerdotib⁹) Hieron. Dicit aũt eũ ad sacerdotes ꝓpt hũilitatẽ vt sacerdotib⁹ deferre videat. Deinde vt videtes mũdatũ leprosum si crederẽt saluatoꝛi sal uarent: si nõ crederẽt: inexcusabiles fierent: z sic ne quod i eo sepissime crimi/nabant legẽ infringere viderẽt. Hec ille. (Et offer mun⁹ tuũ qõ ꝓcepit Moy ses) s. Leuit. xiij. s. pullos turtuꝝ zc. (i testimoniũ illis) fm Chrys. sup Matt. nõ est sensus q̃ ꝓcepit i testimoniũ illis sed offer i testimoniũ illis. i. in accusati onẽ z attestatiõez: qm̃ q̃ nũc erãt fienda feci. Preuidebat ei chs: vt idẽ i omeꝫ. dic̃/q̃ ex h̃ nihil pficerẽt illi i bonũ emẽ dationis: z tñ nõ omisit faciẽda. Vel fm Origẽ. offer mun⁹ tuũ vt oẽs q̃ viderit te illud poꝛtare miraculo credãt. Vl fꝫ Chry. sup Matt. vt si vellent illũ q̃si ĩmundũ repellere dicere posset: q̃re munus accipitis si mund⁹ nõ sum. Quare aũt modo ista lex nõ obseruet: vide supꝛ in die circũcisionis. Sed restat dubiũ circa hoc miraculũ: qꝛ glo. dic̃ illõ factũ anteq̃ intraret Jesus Capharnaũ: et tñ dicit Luc. v. Actũ est i vna ciuitatũ. Glo. i. Capharnaũ. z ecce vir plenus lepꝛa. Ad h̃ dicit Beda sup Luc. q̃ chs in Capharnaũ bis venit. Prio incarcerato Joãne qñ fecit trꝛia miracla q̃ narrat Lucas. s. xij. c. vbi dic̃/q̃ sanauit demoniacũ: z socꝛ Petri: z ꝛeludi fecerit mltitudinẽ pisciũ: sic̃ ibi dr. c. v. z deinde mũdauit istũ leprosũ. Et scõo qñ descendit de monte: vt hic dr z hr Lu. vj. Est igit h̃ miraculũ factũ in Capharnaũ: vt dic̃ Lucas: z anteq̃ intraret capharnaũ chs secunda vice: vt dicit illa glo. Item glosa videt velle q̃ ꝓmo sanatus sit iste leprosus. deide fuus Centurionis: z tñ glo. Marc. videt velle q̃ iste sit sanat⁹ qrto loco. Sꝫ rñdet q̃ fuit sanat⁹ ꝓmo loco fm ordinem hist̃ie quẽ Matth. sequit: sed qrto loco fm ordinẽ mysticũ quẽ sequit Lucas ꝓmittẽs curationẽ demoniaci: qꝛ maioꝛ est cura deo de aĩa q̃ de coꝛpe. Nam euãgeliste multa anticipãdo z recapitulãdo scribunt. Et ita facit hic alter euangelistaꝝ rum z vt credo Luc. sicut patet ex ordine quem seruat Magister historiaꝝ.

Allegoꝛice h̃ fcak qõ Be. expmit dicẽs. Vir iste gen⁹ ẽ hũanũ: q̃ nõ solũ leꝓrosus: vexetiã iuxta euãgelium Luce plen⁹ lepꝛa fuisse describit. Oẽs ei pec cauerũt z egent gl̃ia dei: ita. s. vt extẽta manu saluatoꝛ: hoc est incarnato dei ꝓ/bo hũanãq̃ ꝓtingẽre naturã: ab erroꝛis pꝛisci varietate mũdet: z q̃ diuti⁹ abominabiles z a castris ppl̃i dei delecti ãaliq̃n tẽplo reddi: z sacerdoti queãt offerre hostiã viuentẽ: illi. s. cui dr. Tu es sacerdos i eternũ. Hec ille.

Anagogice ãt h̃ fcak q̃ chs̃ post icarnationẽ z pdicatiõez suã desẽdere ꝺ mõte. i. venire ꝺ celo ad iudiciũ: pfecte mũdak lepꝛos⁹. i. pctoꝛ i capharnaũ. i. i villa ꝓsolatiõis. Licz em̃ sit gen⁹ hũanũ q̃ chs̃ passionẽ sanatũ a pctoꝛ: sic q̃ remediũ habet ꝓpꝛia oia pctã: tñ stat inclinatio ad malũ q̃ tũc tollet: z sl̃r passibilitas atq̃ mortalitas coꝛpoꝝ.

Moꝛaliꝛ significat: qꝺ Remig. exꝓmit dicẽs. Per lepꝛosũ designat pctoꝛ. Nã pctm̃ imundã z variã animã facit. Qui añ chm̃ ꝓcidit qñ de ꝓstinis peccatꝝ ꝓfundit. z tñ ꝺz ꝓfiteri: z remediũ penitẽtie postulare. Nã lepꝛosus vuln⁹ oñdit: z remediũ postulauit. Extẽdit ãt dns manũ quãdo auxiliũ diuine miseratiõis intendit: z statim ꝓsequit remissionẽ delictoꝝ: nec debet eccl̃ie reconciliari nisi iudicio sacerdotꝝ. Hec ille.

Quãtũ ad scõm tãgit supplicatio centuriõis. Vsalit g̃ sciẽdũ ẽ/q̃ iste Centurio sic̃ hr Lu. vij. n accessit ꝓmo ꝓsonaliꝛ ad chm̃: sꝫ misit seniores iudeoꝝ: qꝛ vt ibi dr reputabat se idignũ accedere ad chm̃: cũ eẽt gẽtil. Jesus aũt ibat cũ senioꝛib⁹ ad domũ Centurionis: z cũ ꝓpe domũ esset: misit: vt idẽ Lu. ꝺr: amicos suos dr. Dñe nõ sũ dign⁹ vt itres sub tectũ meũ. z etiã ipe postmodũ amicos secut⁹ est: fm aliq̃s: z q̃ p amicos mandauerat ꝓpo oze replicauit. Et fꝫ ista q̃ ꝺr Lu. oꝓꝫ itelligere q̃ba Mar. q̃ breuit historiã tetigit. dicit g̃ (Cũ introisset ca/pharnaũ (q̃ erat ꝓncipal̃ ciuitas galilee

Dñica. II. post octa. Epi.

(accessit ad eū cēturio) Cēturio iste fz Aug. z Chrys. erat gētilis. i. miles Romanꝰ hns sub se milites cētū ad custodiam citatz/ne rebellaret. Hic auditz miraculū chīi plꝰ credidit q̄ audiuit. vt ōt Chrysf. iō accessit ad dñm. Cōtra: qz Lucas ōt q̄ misit. Ad h̄ ōt Aug. q̄ accessit p amicos: nō aūt psonal'r. Oō em p aliū facimꝰ/p nosipos facer dicimur fm phm in. ij. Erh. Chrys. aūt ōt q̄ misit primo seniores/ z postmodū ipe secutus e. Et vtq̄. s. dictū Aug. z Chrysf. forte fuit vex (rogās eū z di.) p os seniox (Dñe puer meꝰ). i. fuus fz Chrys. (iacet in domo paliticꝰ). i. mēbris dissolutꝰ et destitutꝰ (z male torquet) fm Rab. oia ista de puero suo dixit: vt sue anime mōstraret angustias: z flecteret dñm. Chrys. aūt i ho. ōt q̄sdā asserere q̄ ista dicat cēturio q̄si se excusans q̄ eū nō adduxisset ad dñm. Et nota q̄ iste cēturio fm eūdē Chrys. oñdit bonitatez in h̄ q̄ solicitat p fuo: z fidē fm glos. qa credidit chīm absentē posse cōferre salutē z sapiam fm glo. in q̄ nihil rogauit: sed tm exposuit ostēdens se scire q̄ chīs cēt potēs ad faciendū: sapiēs ad intelligendū: z misericors ad exaudiēdū.

Allegorice fm Augu. caphar naū. i. villa pinguedis z psolatiōis. s. spūalis est eccl'a militās. Cēturio iste figurat primitiuos chīianos fm Remig. ad quox fidem cōparata fides iudeox/ est infidelitas. Hic rogat p fuo fm Remi. qa primi gētiles cōuersi rogarūt p cōuersione totiꝰ gētilitatis/ vl' pro querstione iudeox fm alios q̄ erant romanox serui.

Moraliter p centurionē plati figurant q̄ d̄ salute subditox debēt cē solicīti. Isti debent p salute subditorū accedere ad chīm p cōtemplationē: z ei supplicare p oronem zc. Quantū ad tertiū scien dū est l'raliter q̄ chīs audita petitione cēturionis/ statuit illū exaudire. ideo ōt. (Et ait illi iesus). s. p seniores iudeorū. (ego veniā z curabo eū) fm Chrys. chīs cōsueuit vbiq̄ voluntatē sequi supplicantiū. hic aūt plus spondet q̄ rogatꝰ fuerit: qz nō fuit rogatꝰ vt psonal'r accederet. (Et rñdens cēturio ait illi) nō per os suū pmo/ sed p os amicox: vt ōt Lucas. q̄uis postmodū z ipe post amicos venies. vt ait Chrys. eadē h̄ba protulit dicens. (Dñe nō sum dignꝰ vt intres subtectū meū) fm Rab. iste pter cōsciam vite gentilis q̄uari magis se dignatiōe putauit dñi q̄ iuuari: maxime. qz vt ōt magi. hist. Iste forte idola habebat in domo: ideo verebat recipe chīm (Sed tm dic verbo z sanabit puer meus) fm Hieron. in hoc oñdit se chīi diuinitatē credidisse: et similit fm Chrysosto. sup Matth. qui ait. Sciebat qm astabant illi inuisibilit angeli ministrantes: qui h̄ba eius frunt in opus. Oō z si angeli cessent: tamē infirmitates pceptis eiꝰ iuuantib⁹ expellunt Hec ille. Ideo subdit: (Nam z ego homo sum sub prāte) imperatoris z pūdis (cōstitutus habens sub me milites: Et dico huic vade z vadit. z alio veni: z venit. z fuo meo fac h̄ z facit) acsi dicat fm Chrys. sup Matth. Sicut ego sum sub alterius potestate: z tamē iubendi potestatē habeo: ita et tu q̄uis sis sub patris potestate/ inquātum homo: habes tamē potestatē iubēdi angelis. Vel fm Augu. de h̄bis domini. Si ego sub potestate cōstitutus habeo iubendi potestatē: q̄tum potes tu cui oim fuiunt potestates. Hec ille. Glosa. Potes ergo per angelox ministeriū sine corporis psentia dicere infirmitati vt recedat/ z recedet. et sanitati vt veniat/ z veniet. Hec illa. (Audiēs aūt iesus) h̄ba. s. centurionis fide plena (miratus est) Sed cōtra: quia admiratio ex ignorātia puenit. Ad hoc dicunt Augu. et Chrys. q̄ illa admiratio fuit exemplū ad oñdendū q̄ Centurio erat mirandus. Sed serūs Thom. sup Matth. dicit q̄ dupler est admiratio. Vna scz que puenit ex ignorātia: z ista non cadit in deo: Alia q̄ puenit ex apphensione alicuiꝰ magni: q̄ apphēsio est fm imaginationē vel phantasiaz: z ista fuit in chīo. Nico. de Ly. ponit in h̄ loco sciam q̄druplicem in chīo: sunt ea q̄ sc̄psimꝰ sup dñica infra octa. Epi. z ōt q̄ fm experimentalē potuit h̄e mirari sic ce ignorare: lz aūt chīs ab eterno coguisset cētu

nonis fidē z fidei cām: fidem tñ illā nō erat exprus: nec tūc fidei cām p ista sci entiā sciuit nisi arguitiue z syllogisan/ do: iō mirat⁹ est. Et ista expō Nicol. de Ly. est valde pulcra: z fm mentē sancti Tho. iij. p. q. xij. Sz ipemet Nico. post modū Lu. ij. istā sciam expimentalē ne gat in chīo. (Et sequētib⁹ se dixit: amē) .i. fideli r z vere (dico vob: nō inueni tā tā fidē in isrl') Sz ꝫ: q: pncipatꝰ z pbe fuerūt fidelissimi. Ad hoc ór Hieron. et magi. hist. q dns nō loqbat q ad pteri/ tū tps: sed q ad illō qō pns erat. Sz itez ꝓra videt esse instātia de apl̄is: z martha z Maria. Ad hoc ór fm mag. hist. q noie isrl nō intelligūt illi q chīm seqbant: qb loqbat. Loquebat aūt vt videt oib⁹ suis discipl̄is: q̄uis ibi fo:/ te oēs nō cēnt: q: illi q ibi aderāt repñ/ tabāt totū collegiū discipul⁹. Chrys. aūt ór q fides alīq dicit mag̃ absolute z compatiue. Fides g̃ Cēturionis fuit magna z mira cōparatiue/ nō absolute Sic si rusticꝰ aliq̄d sapienr dicat/ est mi rū: non aūt si hoc dicat phs. Et intēdit Chrys. q fides Cēturionis absolute fu it minor fide discipl̄or: sed ꝓsiderando q gentilis erat/ fuit maior: q: nec mi raculū viderat: nec fmonez audierat. Scōm Hiero. fides cēturionis cōmen dat nō sicut fides illiꝰ pſone: sed sicut fi des gentiū quā fcat. fuit aūt maior fi/ des gētiū fide iudeor. Nico. de Ly. vi/ det dicere q p isrl intelligūt pncipales ppl̄i illiꝰ q nō crediderūt: sed alios auer terūt a fide. Sed q̄d dicemꝰ de btā vir gine? Dico q q̄libet p̄dictaꝝ rñsionum adaptat btē ꝑgini. Vlteriꝰ dico q chīs cōparat Centurionē eis qui crediderūt post q̄ ipe cepit p̄dicare et discurrere p ppl̄m illum. z hoc notat in illo ꝓbo: in/ ueni. Non em̄ inuenit nisi qō q̄rit. Be ata aūt ꝑgo credidit anteq̄ chīs nasce ret. Sequit (Dico autē vob q multi) nō aūt oīes: vt ait Augu. (ab oriēte z occidēte venient). i. ab oib⁹ ptib⁹ mūdi: fm Aug. Hic Orige. mouet q̄stionē: q̄re dicit hic multi: cū alibi dicat: pauci sunt electi? Soluit autē q per singl̄as generatiōes pauci sunt electi: sed simul sunt mlti. Vide de hoc infra dñica in se/ pruagesima (Et recūbent) non carna liter iacendo: sed spiritualiter ḋescēdo: fm Augu. (cū Abraā z Jacob in reg̃ celoꝝ). i. in eccl̄ia triūphanti post labo res ꝑpessos in eccl̄ia militāti. (Filij aū tem regni). i. iudei: q: filij regni dicunt fm Hiero. q: in eis ōs ante reguerat. fm Chrys. aūr: q: eis erat regnū ꝓpa/ ratū: cum ad eos pncipaliꝰ fuerit chīus missus (Ejcient in tenebras exteriores) Interiores sunt tenebre ignorantie/ vel cul pe: exteriores sunt tenebre gehēne. Dicit aūr culpa tenebra fm s. Tho. sup Jo. j. q: caret lūine rōnis. scōo q: fit in tene bris. tertio: q: ducit ad tenebras exteri ores. i. gehēne. Naz in iferno erūt tene bre: vt ptz p ſctm Tho. iij. di. xxv. z nō lux/ nisi q̄tū sufficit ad videndū aliq̄ ad flictiua. Et si q̄ritur: q̄re ignis ille non lucet? Dicunt aliq̄ q hoc ē: q: ille ignis est in medio tre: ideo fumosus est z ob/ scurus. Vel pōt dici q hoc est diuinitꝰ. Vñ fm Greg. lucet ad penā/ z non ad solatiū. Vel pōt dici melliꝰ: q ignis ille naturaliter non lucet: licz sit ibi diuinitꝰ. q: vt ptz. iij. dist. xlviij. q. ij. art. j. q. ij. ignis nō lucz accēsus in ꝓpria materia: neq̄ in aliēa terrestri: vt i sulphurea: nec in fumo grosso. Et itellige q nō lucz in istis clare: licz aliq̄liter luceat. Reuera tñ ad hoc ꝓcurrit ꝑrus dei/ inq̄tū illō tenet ibi: z materia in qua est accensus q: est in ꝓpria vel in terrestri: z circūclu sio terre nō ꝑmittētis lucem solarē per aliqō spiraculū ingredi ad illū: z ꝓter repmētis exhalationē fumi: q vt videt ibi/ est z grossus: q: ille ignis videt ac/ census in materia sulphurea q̄tū ad su as extremitates saltē. Sz illō ps. Ignis sulphur zc. (Ibi erit fletꝰ z stridor dē tiū) Haymo. p metaphorā mēbroꝝ pe nas describit tormētoꝝ. Sez em̄ oculi fumo torti lachrymas producere: den/ tes ꝓa nimio frigore stridere. Oñdit g̃ q reprobi in iferno z calorē intolera/ bilem z frigus sustinebūt. fm illō Job xxiij. Tū sierunt ab aqs niuiū ad calo/ rem nimiū. Hec ille. Sic aūr ptz ex scō Tho. iij. di. l. et. iij. contra gētiles. ca.

lxxxix. ꝛ q̄dlibet. vij. q. v. in fletu est aliq̄d spūale. s. tristicia: ꝛ hoc erit in oibus dānatis/ etiā spiritiby. Est etiam aliq̄d corpale/ qđ est sine gnatione ꝛ corruptione: vt turbatio capitis ꝛ oculoꝝ. ꝛ hoc etiā erit in hoiby dānatis post resurrectionē. Est etiā aliq̄d corpale qđ habet generationē ꝛ corruptionē annexam: vt resolutio lachrymaꝝ. ꝛ hoc nō erit cessante ꝑmo motu/ q̄ est oīs gnationis et corruptiōis causa. Stridor quoq; dentiū eadē rōne ibi erit. vt pz in locis allegatis: qz nō importat alteratōem/ sz solum motū locale: sīc capitis turbatio et oculoꝝ. (Et dixit iesus cēturioni. Vade: et sicut credidisti fiat tibi) q. d. ꝑm Chriꝝ. ꝑm fidei mensurā remetiet tibi (Et sanat⁹ est puer ex illa hora) Chriꝝ. Ubi velocitatē admirare: neq; em̄ solū curare/ sz inopinate et in momēto rpis ꝺ facere ꝑtutē chīi oñdebat. Hec ille.

Allegorice pz ex dictis.

Anagogice ꝑo fcat q̄ in Capharnaum. i. in celo/ sanabit paralysis nostra: id est defectus corpalis: qz tunc reformabit corpus hūilitatis nostre: ꝑm illō Phil. iij. Saluatorē expectamus ꝛc.

Moraliter aūt docemur iuxta doctrinā Greg. di. Hic superbia nra retūdit: q̄ in hoiby nō naturā q̄ ad imaginē dei facti sum⁹: sed honores ꝛ diuitias veneramur. Redēptor autē noster vt oñderet q̄m q̄ altra sūt hoiby/ spernis despicienda sūt: ꝛ q̄ despecta sūt hoiby/ spernis despicienda nō sūt. Ad filiū reguli ire noluit: ad seruū aūt cēturionis ire ꝓpatus fuit. Hec ille. Itē moraliter sciēduz est q̄ iste q̄ erat fluus ꝛ paralyticus ꝛ male torq̄bat/ fcat petrum. Nam petr̄ est fluus diaboli ꝛ petr̄ꝝ. iuxta illud. ij. Pet. ij. A q̄ ds ꝛc. ꝛ Joā. viij. Omis q̄ facit pctm̄ ꝛc. Est etiā paralytic⁹. nam paralysis est morbus reddēs mēbra mollia ꝛ dissoluta/ ꝛ dissipata. Silr petr̄ est mollis cedens oīi tentationi ꝛ aduersitati: ꝛ dissolutus nō habēs vinculū timoris vel amoris. ꝛ dissipat⁹. i. ꝑfract⁹/ nullū bonū ꝓpositū valens retinere. Silr etiā torq̄tur in ꝓsperis ꝓ curam superfluā: ꝛ male torquet in aduersis ꝓ impatiam: ꝛ pessime torquet inf pctā. iuxta illō Amb. Que pena ḡuior q̄ interi⁹ vuln⁹ ꝑscie.

Dñica tertia post octa. Epi. Textus euāgel. Matt. viij.

Ascendēte iesu in nauiculā secuti sunt eū discipli eius: ꝛ ecce motus magn⁹ factus est in mari: ita vt nauicula operiret fluctib⁹. Ipe ꝑo dormiebat. Et accesserūt ꝛ suscitauerūt eum dicentes: Dñe salua nos: perimus. Et dicit eis iesus. Quid timidi estis modice fidei: Tūc surgēs imperauit ventis et mari: ꝛ facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic: Quia venti et mare obediunt ei.

Ascendente iesu in nauiculā ꝛc. Matt. viij. In isto euāgelio tāgunt tria pūcta: q̄ sunt Periclitatio: Excitatio: Libatio. Quantū ad ꝑmū litteraliter sciendū est q̄ sīc ỏr Orige. cum mlta mag̃ ꝛ admirāda oñdisset chīs in terra: rūsus ad mare vt ibidē excellētia opa demōstraret: q̄tenus terre marisq; dñm se esse cunctis ostēderet. Hec ille. Ideo ỏr (Ascendēte iesu in nauiculā) Chīs vt dicit brūs Matth. pauloante videns turbas mlras circa se ꝓpr̄ mlracula que fecerat in galilea: vbi sanauerat leprosuz descēdens de mōte: ꝛ seruū Cēturionis cū introisset capharnaum: ꝛ socrū Simonis/ que tenebat magnis febrib⁹: voluit descrere galileā: et tūsire mare galilee. Ascendit g̃ nauiculam/ vt iret vltra locū illū ꝓpr̄ mlra ꝑm sctm̄ Tho. sup Mat. Prio vt oñderet infirmitatē hūane nature: q̄ aliq̄n indiget repausatiōe. Unū ỏr Mar. vj. Venite seorsum in desertū/ ꝛ requescite pusillū. Scđo vt ꝓplaceret discipl̄is. ideo

aliqñ ascēdebat cū eis in montez:aliqñ ibat in desertū: aliqñ in nauē. Tertio vt daret nob exēplū declinādi fauozes hūanos. Quarto ad mitigandū inuidiā iudeoz. (Secuti sc̄ eū discipli ei⁹) sm Chrys. accepit chr̄s discipl̄os Primo: vt in fluctib⁹ assuescerēt nō timere pricula. Scdo: vt dū viderent se fluctuare z piclitari/nō eleuarenk in supbiaz: ex hoc q̄ ipos ceteris dimissis assumpsisset (Et ecce mot⁹ magn⁹ factus est in mari).i.in lacu moze hebraici sm onis: quo ois aq̄z cōgregatio mare nūcupat siue dulcis/siue salsa. vt ait Beda. (ita vt nauicla opirek fluctib⁹).i.vndis: et ꝓter spes salutis erat ablata. Est āt sciendū sm Orig. z sctōs: q̄ ista tempestas nō est facta ex naturali causa/ que est sidus aliqd̄ malie de erraticz/vel vētis: aut aliud ꝓturbās fundū marz:vel vētus gñatus alibi/z flans sup̄ mare. Fundū aūt maris cōturbat ventus ibi gñatus/z etiā balena. vt dr scūs Tho. sup̄ Job: sed ex ꝓtute z ordinatiōe diuina fuit. z hoc ꝓpt duas rōnes/ꝓpt q̄s voluit discipl̄os ascēdere in nauim: sm Chrys. z tertio sm Orig. vt manifesta rek ꝓtus chr̄i. Ex mag̃ tēpestas facta est: vt magnū appareret miraculū.

Allegorice ista nauis sm sctm Tho. sup̄ Matth. est eccl̄ia sup̄ quā ascēdit chr̄us p fidē: z in q̄ cū chr̄o sunt discipli tanq̄ pastoz. Tēpestas ꝙo fcat futuras discipl̄oz angustias: De q̄b dr. ij. Cor. j. Sup̄ modū gravati sum⁹ sup̄ virtutē: ita vt rederet nos etiā viuere. Et sic tribulatiōes ꝓsecutoz z hereticoz. Mare ꝙo est p̄sens seculū in q̄ fluctuare habebat eccl̄ia agitata vētis passionum/z illisa scopulis tribulationū: z exposita rapinis pyratarū. i. demonioz. Pro hoc aūt sciendū est allegorice deū mitras naues fecisse. i. nauē innocētie: in q̄ posuit Adā: q̄ z naufragiū ptulit/ qñ Adam peccauit. Deinde nauē synagoge/ in q̄ posuit boies frenos. i. iudeos: q̄b solū frena exp̄sse ꝓmisit: q̄ z naufragiū ptulit qñ gubnatoz chr̄m negauit z occidit. Deiñ nauē eccl̄ie: q̄ adinstar nauis fuit ag̃usta in ꝓncipio: z sic erit in fine tp̄e antichr̄i ꝓter credentiū paucitatez: in medio ꝙo tp̄e est/fuit/et erit valde dilatata. Chrys. Navigat ecclesia instructa fidei gubernatoze felici cursu p hui⁹ secli mare: habens deū gubernatorez: angelos remiges: portans chozos oim sctoz: erecta in medio ipsa salutari arboze crucz: in q̄ euāgelice fidei vela suspēdēs flāte spūsco ad portū padisi/z securitatē dcētis et ne deducik. Hec ille. Egredierī hāc nauē p mozt̄le nullū remediū supest nisi pnia: q̄ est secūda tabula post naufragiū. vt colligit de pe. di. j. c. mltiplex. z ca. scda tabla. z c. sup̄ trib⁹. Cōparak aūt pnia tabule lz z ipa sit nauis: qz respectu inocentie ꝑpe nō ducit ad portū. Mozalr ista nauis pniam fcat/q̄ ad salutz portū ducimur. In hāc q̄ sequēs chr̄m ascēderit lz ōtiak tēptationib⁹ mūdi/carnis/z diaboli: tñ q̄eniet tandez ad portū salutz: ad quē sine ipa null⁹ post pctm̄ pōt attigere. Ult̄ est sic arca noe: extra quā nlli patuit sal⁹ tp̄e diluuij. In h̄ tñ ē dria fz Chrys. de lau. pau. qz in arca noe leo intrauit z leo exiuit: sed ꝓ pniaz leo. i. superbus ingressus mutak in ouē. i. mansuetū. z sic de alijs. Exēplem in hac nauī egitat mot⁹ magn⁹: causata ꝓcella tentatiōis ꝓmo a causa superiori. s. stella. i. a deo ꝓmittēte ad humiliatōez z ꝓscrutationē gr̄e. z scdo a causa iferiori. s. fūdo maz. i. aliq̄ tyrāno ꝑsequēte: z ꝓpria inclinatiōe vel passiōe interi⁹ innata. Et tcio a cā media. s. vēto. i. demone seuiente. Quātū ad scōm lr̄alr sciēdū ē q̄ sic chr̄s studiose mouit mare: ita studiose subtraxit solatiū pnie sue q̄dāmō. vñ dr (ille ꝙo). s. chr̄s (dormiebat) Chrys. Si ei eo vigilāte fcā fuisset tēpestas: vl nō timuissent: vl nō rogassent: vl ne q̄s ipz posse aliqd̄ tale facere crederēt. hec ille. Dormiebat ḡ ꝓmo vt discipl̄os ꝓstiueret ink timoꝛē z spem: sm Chrys. z sctm Tho. z scdo sm sctm Tho. vt oñderet se vez hoiem. Qñ em̄ volebat ꝓbare se esse deū: faciebat aliqd̄ humanitatis signū: ne decrederek hūanitas. Sz tātū ꝑualebat tēpestas /q̄ coacti sc̄ excitare chr̄m. Orige. Tāto aūt metu discipli

Dominica.iii.post octa.Epi.

fuerūt ꝓterriti/z pene aīo alienati: vt
trruerēt ī eū z ñ modeste/ac lenit sugge
rerēt sz turbulēter suscitarēt eū. vñ seqt
(Et accesserūt ad eū z suscitauerūt eū/dī
cētes. Dñe salua nos: pīm⁹) O veraces
discipli saluatorē vobiscū habetz z picu
lū timetz. Vita vobiscū ē: z ō morte sol
licīti estz. Sz rñdeāt. Paruuli sumus z
adhuc infirmi/iōqz timem⁹. vñ seqt (Et
dīc eis ihesus. Quid timidi estz modice
fidei:) q.d. Si potentē me sup terram
cognoscitz: qre nō creditz q ī mari potēs
sū: Et si mors trruerer: nōne eā ōbuisti
ꝓstātissime sustinere: Qui modicū cre/
dit/arguet: q nihil credit cōtēnet. Hec
Orige. Sz quō isti fuerūt modice fidei
q dixerūt: salua nos: Ad h dī ꝑm scīm
Tho. sup Mat. q si habuissent magnā
fidē: ipi potuissent impare mari. Vl fz
eūdē z Chrys. qz ñ credidert q dormiēt
posset saluare. Vl ñ etiā ꝑm eūdē Chry.
ꝓpt h chīs nō fec h signū pītib⁹ turbis:
ne accusarenk discipli modice fidei: sed
seorsū voluit eos arguere z emēdare.

Allegorice hic ꝑm Hiero. significak
q ecclia fluctuāte chīs qescit z dormit:
patientiā nram z impioz penitētiā ex/
pectās: vt ōr Orige. Excitak aūt ad suc
currēdū ozonis sctē clamoribꝫ sanctz pa
storibꝫ orantibꝫ ꝓ grege cōmisso.

Moralit ꝓo kcak q existentibꝫ nob
in naui pnie z flante vento tentationū
subtrahit nob auxiliū diuinū: ñ aūo vt
submergamur: sz vt timeam⁹ submergi
z tūc dēm⁹ chīm excitare clamoribꝫ coz
dis. Aug. Excita chīm ī corde tuo: vigi
let fides tua: tranqllet qscia tua: z libe/
rabit nauis tua. Hec ille. Sciēdū ē tñ
q chīs seu de⁹ alicubi sp dormit. s. in in
ferno: qz dānatos ppetue obliuiōi tra/
didit/nlo mō eos liberādo. alicubi ꝓo
sp vigilat. i. i celo: qz oē sctōꝝ desideriū
stati qetat. alicubi ꝓo qñqz dormit z qñ
qz vigilat: vt i vita pītī: vbi vigilat ser/
uos suos a tētatōib⁹ custodiēdo. ps. Ec
ce nō dormitabit neqz dē. Et dormit: eos
tribulatiōib⁹ exponēdo. ideoqz ōr idē ꝓ
pheta. Exurge quare obdormis dñe.

Quātū ad ptīū kalit sciēdū ē q chīs
visa opportunitate ꝓpetrandi miraculū/
voluit oīndere potētiā suā: iō seqt (Tūc
surgēs imperauit ventz z mari) Tēpestat
em seu inqetudo maris causak vt plurī
mū effectiue a ventz: materialr autē ab
aqs: iō vtrisqz imperauit. Et istō impiuz
seu ꝓceptū nō fuit factū vocalit ꝓpt ipa
elemēta insensibilia: sz ꝓpt ipos homies
astātes: vt. s. p h ꝓciperēt q ei⁹ ꝑrute et
impio qeuit mare. (Et facta ē tranqlli
tas magn). s. stati ꝑm Chrys. Et in h ap
paruit miraculū: qz vt idē ōt/cū mare q
etak naturalit: ñ stari efficit qetū (Poz/
ro hoies mirati sūt dicētes) Isti hoies
ꝑm Orig. nō erāt discipli sz naute. Nā
discipli ꝓpt honorē dñi nlibi appellant
homies: sz discipli vl apli. Si tñ vt ait
Hiero. qs velit ꝓtēdere eos fuisse disci
pulos. Dicēdū ē/q recte dicti sūt hoies
qz necdū nouerant potentiā saluatoris.
(Qual est h.) Vt ōr glosa Chry. ponit
talē textū. Qual est h hō: Somn⁹ ei z
figura mōstrabāt hoiez: sz mare z tran
qllitas deum arguebāt. Nō aūt vt ait
Ori. introgādo dicūt. qlis ē h: sz asserē
tes q tal sit. (qz mare z vēti obediūt ei)

Allegorice kcak q nauis ecclie ꝓtur/
bak: sz nō submergit: z cessant venti ꝓse
cutionū z hereſū: chīo detinēte tyrānos
z hereticos: z q vsqz in finem durabit.
De h vide dñica. x. post festū trinitatis

Moralr kcak q tentatz clamātib⁹ ad
deū fit tranqllitas mētz. Tob. iiij. Post
tēpestatē tranqllū facz: z post fletū z la/
chrymas ꝓsolatiōez inducz. Est tñ notā
dū q allegorice ꝑm Rab. ista nauicula
signat crucē: quā chīs ascēdit. et facta ē
turbatio i morte ei⁹: sz p resurretiōez ex
citat⁹/h desiderantib⁹ discipul qetauit
omnia. Vl̄ cantat eccla. Claro paschali
gaudio/sol mundo nitet radio: cū chīm
iam apli visu cernūt corporeo.

Dñica qrta post octauas epi
pha. Text⁹ euang. Mat. ca. xiij.

Similе factū est regnuz
celorum homini qui se/
minauit bonum semen
in agro suo. Cum autez

dormirēt hoīes: venit inimic⁹ eius ⁊ superseminauit zizania in medio tritici: ⁊ abijt. Cū autez creuisset herba ⁊ fructū fecisset tūc apparuerūt ⁊ zizania. Accedentes autē serui patrisfamilias: dixerunt ei. Domine: nonne bonū semē seminasti ī agro tuo. Vnde ergo habz zizania: Et ait illis. Inimicus homo hec fecit. Serui autez dixerunt ei. Vis imus et colligimus ea: Et ait: Nō: ne forte colligētes zizania eradicetʒ simul cū eis ⁊ triticū. Sinite vtraqz crescere vsqz ad messem: et in tpe messis dicam messoribꝫ. Colligite primum zizania ⁊ alligate ea in fasciculos ad cōburendū. Triticū aūt congregate in horreū meum.

SImile est regnū celoꝝ homini q̄ seminauit bonū semen in agro suo) Mat. xiij. In pñti euāgelio tāgunt tria puncta: q̄ sūt/ Gemina seminatio/ Gemina iterrogatio/ Gemina ꝓgregatio.

Quātū ad pmū sciēdū ē: q̄ totū istō euāgeliū ē parabolicū: vñ sensus lr̄alis nō est ille quē voces exp̄mūt ꝓpe: sz quē impropꝛie. Nō em̄ h̄ ꝙ messores intelligunt aliq̄ homes incidētes messem falcibus: sz messores significāt ipꝛopꝛe ⁊ metaphorice angelos: ⁊ h̄ ad lr̄az iuxta notata i pncipio huⁱ⁹ opis. Sciendū est etiā ex scō Thoma sup Matth̄. ca. xiij. q̄ regnū celoꝝ siue regnū dei i scptura sumit q̄tuor modis. Quādoqz em̄ regnū celoꝝ dr̄ ꝓpꝛie societas scoꝝ in patria: vt Mat. viij. Recūbēt cū Abraā Isaac ⁊ Jacob in regno celoꝝ. Et scōs ipe christ⁹ habitās in nob ꝙ gr̄az. Lu. vij. Regnū dei intra nos est. Et dr̄ regnuz celoꝝ: q̄ ꝙ gr̄am q̄ nos inhabitat: inchoat in nobis vita celestis regni: ⁊ in nobis quandā participationē illi⁹ gr̄ie facit: illuminādo intellectū ꝙ fidem ⁊ ꝙ amorem inflāmando affectū. Gloria em̄ illa ꝓsistit in cognoscēdo ⁊ amādo deum. Tertio dicit regnuz dei scptura sacra: sicut Mat. xxij. dīc christ⁹ iudeis. Auferet a vobis regnū dei. i. sacra scriptura que dicit regnum: quia lectio eⁱ⁹ ducit ad regnum. Quarto eccl̄ia militās: vt Matth̄. xiij. Simile est regnum celoꝝ sagene misse in mare. Et dicit regnum celoꝝ: quia ad modum celestis ecclesie est ordinata vt in ea ꝙ superiores illuminent inferiores. Item q̄ in ea regnat rex celestis ꝙ vicariū suū. Itē q̄ in ea sola est via ventēdi ad celeste regnū. Dicit ergo (Dixit Jesus discipulis suis parabolā hāc) Parabola ſm Hieronymū. est rez ī natura discordantiū: sub aliq̄ similitudine facta cōparatio. Vnō volūt aliq̄ ꝙ ſm hoc esset parabolica locutio: q̄ens res diuerse genere comparant ⁊ assimilant: vt cum dicit Joā. iij. Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hois. Propꝛie tn̄ parabola videt esse historia ficta ad aliud significandū trāssumpta ue: siue aliquando fuerit aliquid tale in natura siue non: vt cum dicit Luc. viij. Exijt qui seminat seminare semē suum Unde dicit parabola iuxta sententiaz a para qō est iuxta: ⁊ bole sententia. Nō em̄ parabole sensus est id quod voces ꝓtendunt ꝓpꝛie: sed est id qō iuxta est: q̄si secundariū ⁊ trāssumptiuū significatū

Est autem notandū ſm Origenem/ ꝙ parabola ē silitudo sumpta a re cuaz esse vel fuisse nō est necesse: sed tamē est possibile. Enigma vero sumit a re que nec fuit nec potuit esse: sicut cū dicit Judicū. c. ix. ꝙ ligna iuerunt vt inungerēt sibi regem. Exemplū autē videtur sumptum a re q̄ vere est vel fuit. Similitudo aūt est quoddā omibꝫ istis cōmune. Loquebat autem dominus in parabolis ſm serm̄ Tho. vbi supꝛ. Primo vt sacra ifidelibꝫ celarent: ⁊ cōsequēter nō irriderent. Juxta illō Mat. vij. Nō mittatis margaritas vestras ante porcos. Scdo vt rudes facilius addiscerent et retinerent spiritualia. Et pōt addi terti: o: q̄ in Palestina vbi predicabat: ita

erat ꝓsuetū fm Hieroñ. ad succurrēduz memorie. Et q̄rto fm Theo. vt attētiores faceret hoies ex auliditate itelligēdi occ'ra ꝛ pabolaꝝ fcara. Sz ꝫ: nā seūda rō s. Tho. vī destruere ꝑmā. Nō em̄ est possibile q̄ p eandē sniaz doceak tudis: ꝛ ꝑras celeḱ astuto. Ad h̄ dicere videḱ Gor. q̄ iō indignis celak ꝑras in pabola: q̄z ea audita nō curāt sensuz inuestigare/vel ab alio edoceri: sic̄ boni. Uñ ist̄ ad ꝑratē pueniūt interi⁹ vl exteri⁹ edocti: ꝛ h̄ frequent. (Sic̄ est regnū celoꝝ). i. filij⁹ dei fm Remigiū. (hoi q̄ semiauit bonū semē in agro suo) Nā ipe chr̄s in agro suo. i. mūdo: vt ipe met exponit: seu ecc'lia militāti exculta ei⁹ laboze ꝛ sanguie (sciauit) p̄ p̄dicatōez suā ꝛ apl̄oꝝ (bonū semē). i. doctrinā ꝛ fidē catholicā. Deiñ tāgit alia sciatio: cū ōz (Cū aūt dormirēt hoies). i. negligēti⁹ agerēt p̄lati fm Augu. de ꝛsen. euā. Cū aūt tria sint hoiz genera q̄b⁹ dormire ꝑiculosum est. s. pastoꝝ: gubernatoꝝ nauiū: ꝛ tanitoꝝ. p̄lati sc̄ dñi ci gregis pastozes. nauis ecc̄ie gubnatores. ꝛ vrbis ecc'lie tanitozes: q̄ ab hostilibus. i. a malignis spiritib⁹ obsessa est. Vel cū dormirēt. i. mortui eēnt/hoies. i. chr̄s ꝛ apl̄i: q̄ sciauerī (Venit inimicus ei⁹). i. diabol⁹ q̄ venit ad seiandū. Sz ꝫ: q̄z diabol⁹ si est inimic⁹ dei/odit deū. g̃ odit bonū. Ad h̄ ōz q̄ ōs i se odibi nō pōt: cū sit bonitas nihil de malo bñs. Uñ vidēs deū clare nō ꝑt illū odire. In suis rñ effectib⁹ ōs odio h̄ p̄ accidēs: pura i sua iusta punitōe: ita q̄ ōs odik vt punitoꝝ. Hec ē doctria s. Tho. sup Mar. viij. ꝛ. iij. di. l. subtilr tñ hāc materiā habes a ca. j. di. j. q. iij. (Et su ꝑsemiauit zizaniā). i. loliū q̄ sic̄ est triticū. Per zizania ꝛz Aug. de ꝛsen. euā. duo possum⁹ intelligere. s. hereticos/vl hereses: ꝛ scādala/vl male viuētes chr̄ianos. Sz ꝓra: q̄z hereses semiate sunt ertiā viuētib⁹ apl̄is. vt ꝑz. j. Jo. ij. Huc idꝛ antichr̄i mīri facti sī. Non g̃ post dormitionē eoꝝ. Ad h̄ ōz q̄ p maiozi p̄te fuerī sciate post apl̄oꝝ mortē (in medio triticī). i. in medio fideliū. Non em̄ curāt diabol⁹ q̄ sint hereticī intra infideles: q̄z oīno possidet illos oīes. (Et abiit). i. occult⁹ fact⁹ est fm Aug. Tñ figurat em̄ se in angelū luc'. ij. Loꝝ. xi° ꝛ sub specie ꝑitatis ac deuotiōis: sciat ꝛ fouet hereses ꝛ p̄fidiā (Cū āt creuisset herba ꝛ fructū fecisset: tūc appuerī ꝛ zizania: q̄z fm aliq̄s cū fides catholica/vel fideles catholici p̄ oꝛbē cepissent mīltiplicari: tūc hereses q̄ latuerāt simī apparuerī. Vel aliter fm Chr̄y. In pcipio em̄ hereticī obūbrant seipos: cuz aūt accepint libertatē ꝛ fmone aliq̄s cū eis ꝑticipauerit/tūc venenū effundūt. Hec ille. Et intēdit Chr̄y. vt s. Tho. sup Matt. declārat: q̄ p herbā intelligunt zizania/siue hereticī in p̄incipio suo. Tūc em̄ non apparēt: q̄z a p̄ncipio p̄dicant aliq̄ bona laicis: ꝛ postmodū p̄dicāt aliq̄ mala de clericis/q̄ laici libent audiūt: ꝛ eos auertūt a dilectōe cleri coꝝ: ꝛ per cōsequēs ecc'le: ꝛ tūc aperiūt doctrinā suā: q̄ est venenū. Augu. aūtē de ꝛsen. euāge. per herbā accipit tritiuz in p̄ncipio suo. Hō em̄ puus est in p̄ncipio ꝛ non discernit: sed cū cepit spiritualis esse discernit q̄d q̄d legerit/vel audierit dijudicādo int̄ vez ꝛ falsum.

Doꝛak̄ iste ager est mūdus in q̄ ōs sciauit in p̄mis suppositis sciam/innocentiā/ꝛ felicē vitā. Diabol⁹ aūt supinduxit seminādo ignoꝛātiā/culpā/ꝛ miseriā. Sz chr̄s tanq̄ celestis agricola de celo attulit semia tria ꝛia. s. sciaz: gratiā: ꝛ gl̄iam. Joā. j. Vidim⁹ gl̄iaz ei⁹: ecce tritū. plenū gr̄e: ecce scōm. ꝛ ꝑitatis ecce p̄mū. Vel ager est aīa nr̄a/in qua chr̄s seminauit semē optimū in baptismo: q̄z seminauit gr̄am ꝛ ꝑtutes: q̄ producūt fruct⁹ bonoꝝ opeꝝ. Sed diabolus suggerēdo supseminat zizania. i. loliū: q̄d ꝓcat oīne pctm̄. Nam oīne pctm̄ tanq̄ loliū facit aīam somnolentā ꝛ pigram. Precipue ꝓo ꝓcat superbiam/auariciam/ꝛ luxuriā. q̄z zizania habēt vim ventrosam vt superbi ad ascēdendū: ꝛ acutam vt auari ad decipiendū: ꝛ venenosam vt luxuriosi ad inficiendū. Et ista semināt dormiētib⁹ hoib⁹. i. p̄latis ꝛ pārentib⁹ ꝛ maioꝛib⁹/ꝛ intellectu ꝛ volūtate. Et apparēt cū creuerit herba. i. in

etate pfecta: vbi hō cepit eē sui dñs: nō aūt in puerili. Vel terrio iste ager est q̄ liber fuus dei: z habet tres ptes: q̄ tan/ gunt figuraliter Josue. xv. sez terrā Au/ stralē z arentē. i. corp⁹ mortificatū z pu rificatū obscenis huoribꝫ: z irriguū in/ feri⁹. i. aiam afflictā z emittentē lachr/ mas dolozis: z irriguū supius. i. spm̄/ si ue supioz ē anie prem emittentē lachr/ mas celestꝫ ꝓsolatōis. In tali agro pul lulat bonū semē: z germinat liliū casti/ tatis in pte aridā: z rosa patie in pte in feri⁹ irrigua: z viola supne ꝓtēplatiōis in pte vltima. Sz diabol⁹ nitit ista suf focare: z plātare vel seminare ꝓtraria.

